Pomponius.§.queſituȝ.ſ.eod.ꝙ dicta ſtatuta diſponentia ꝙ
poſſeſſio videatur de defuncto in heredē continuari,debent in-
telligi,niſi incōtinenti mortuo defuncto,poſſeſſio fuiſſet p aliū
apprehēſa,ꝙ dictū dicit Alexā.fore notabile,ſi verū eſt,nec pl⁹
dicit.Tu vide Bal.cōſi.clvj.iij.lib.vbi voluit,ꝙ ſtante ſtatuto
qd̄ poſſeſſio bonorū hereditariorū tranſeat ipſo iure in heredē,
ſine alia apprehēſione,ſi pater habēs duos filios,vnū inſtituat
in legitima,alterū heredē vniuerſalem,ꝙ ſi hic heres vniuerſa
lis petierit ſe mitti in poſſeſſionē a iudice,ad cautelā abundan-
tem,⁊ adeptus fuerit poſſeſſionē,ꝙ alter frater inſtitutus in le-
gitima,debet citari,q̄ in ipſum ꝯtinuata eſt poſſeſſio.Ale.no.
hic,dicens,ꝙ ſi nō vis dicere poſſeſſionē dicas effect⁹ poſſeſſio-
nis,vt no.in l.cū miles.ſ.ex quib.cau.ma.⁊ C.de vſucap.p he
rede.l.nihil.Et an ſtante ſtatuto,ꝙ poſſeſſio defuncti trāſeat in
heredē,⁊ alio ſtatuto ꝙ ceſſionarius in omnib⁹,⁊ per oīa ſit ī lo
cū cedētis,ſi ceſſionarius habēs cauſaȝ ab herede creditoris ꝙ
habeat bona debitoris obligata,cum p̄cario ingrediat̄ ꝓpria
authoritate bona p debitorē alienata incurrat aliq̄ penā,vide
Bal.cōſi.cxiiij.v.lib.Inquātū etiā Alex.poſt Pau.de ca.tāgit,
an princeps poſſit tollere dominium,iure ciuili acquiſituȝ ſine
cauſa,cum clauſula,non obſtante.vide de hoc eundem Paul.
conſi.ccxxvij.⁊ que poſui poſt Alexā.in l.gallus.§.⁊ quod ſi tā-
tum.de libe.⁊ poſth.

b Claud.de Seyſ.¶Cap.cum in officijs.Adde eundem Inn.in
c.in preſentia.de probat.vbi ponit ꝙ per ingreſſum monaſte-
rij dominium ⁊ poſſeſſio bonorum ingredientis tranſit recta via
in monaſterium.qd̄ Bal.ibi dicit valde notandum.

§.**In his.** Fictio poſtliminij circa recuperādā poſſeſſio-
nē non fingit.h.d.Opp.j.ti.j.l.ſi is q p empto
re.Sol.ibi ī poſſeſſiōe q̄ retinetur per aliū animo ⁊ corpore,vt
per filiū,vel ſeruū in re peculiari,hic in ea que animo ſuo retine
1 tur.Sed†que eſt ratio,⁊ cōe dictū eſt,ꝙ in his que facti ſunt,fin
gi non pōt,vt videtur dici in l.ſciendum.ſ.ex quib.cau.ma.Sȝ
tu dic,ꝙ fictio poſtliminij fuit introducta ex equitate,vt l.poſt
liminiū eſt ius.circa prin.j.de cap.⁊ poſtli.re.ſȝ ſi reuertēs re-
cuperet poſſeſſionem,tunc locupletaret̄ cū aliena iactura quod
ius interdicit,⁊ q̄ ceſſat equitas.Et alia ratio,q̄ hic fictio req
rit duo extrema habilia,l.neceſſario.§.ꝙ ſi pēdente.ſ.de peri.
⁊ cōmo.rei ven.vt l.huic ſcripture.ſ.ad l.Aquil.⁊ l.bonoruȝ.j.
rem ra.ha.Modo ſi reuertor ſtatim ſum liber,ergo retro poſ
ſum fingi eſſe liber.Et idē in omni iure ꝙ mihi reuerſo acquiri
tur abſq̄ animo ⁊ corpore retro fingitur fuiſſe meū.Et ideo in
poſſeſſione,que habetur per filium vel ſeruum,ꝓcedit fictio,q̄
ſtatim mihi reuerſo querit̄ abſq̄ aliquo meo facto,⁊ ſic iſtud ex
tremum eſt habile.Secus ī poſſeſſione,quā per me retineo.q̄
nō queritur abſq̄ nouo facto,⁊ ſic ſtatim cuȝ redeo nō poſſideo,
⁊ ſic extremum non eſt habile,ideo non fingitur retro me poſſe
diſſe,⁊ illud eſt quod vult dicere l.ſciendum.ſ.ex quib.cau.ma.
Plene tibi dicam in l.ſi is qui pro emptore.j.de vſuc.

1 ☞Liber homo non poteſt a ſciente poſſideri.
2 Eccleſia nō poſſidet conuerſum,eſt tamen in quaſi poſſeſſione il-
lius conuerſionis.
Conuerſus eſt liber homo.
3 Monach⁹ ⁊ cōuerſus quicquid acquirit,acquirit eccleſie ſine
noua apprehenſione.
4 Conuerſus querit eccleſie etiam ignoranti,⁊ ideo nō requirit̄
eius ratihabitio.

§.**Item quero.** Liber homo non poteſt poſſideri
a ſciēte.hoc dicit,No.tex.ibi,neq̄
enim.Naȝ cōcordat cum hac l.ſupra de ma.teſt.l.ſeruum teſta
1 mēto.Op.ſupra ti.j.l.liber homo.⁊ l.acquirit̄.§.pen.Sol.†Li
ber homo non pōt poſſideri a ſciente eum liberum,ſed ab igno
2 rante ſic.Et dic plene vt ſ.e.l.j.§.ſ ⁊ per eum.¶Quero†vtrū
eccleſia poſſideat conuerſum.Glo.dicit ꝙ nō,q̄ ſcit eū liberū.
quod Dy.reprobare nititur.Tu dic illō quod dicitur,an eccle-
ſia poſſideat:non intelligas qd̄ poſſideant parietis,l.ſicut mu-
nicipij in fi.ſupra quod cuiuſq̄ vniuer.iuncta gl.mag.in fi.ſed
eccleſia,id eſt collegiū,vel fideliuȝ vniuerſitas,vt dixi ſ.e.l.j.in
fi.Sed an eſt verū,qd̄ conuerſus ſit liber homo:Reſpon.ſic,q̄
ſuccedit ex teſtamēto ⁊ ab inteſtato,vt l.deo nobis.C.de epiſ.⁊
cle.ergo nō eſt ſeru⁹.C.cōmu.de ſuc.l.ſeru⁹.ſi non ſeruus,ergo
eccleſia eum nō poſſidet.Sȝ licet nō poſſideat eū,tn̄ eſt in quaſi
poſſeſſione illi⁹ iuris cōuerſionis,⁊ monachationis,ſicut ī pa-
tre dicimus qui eſt in quaſi poſſeſſione patrie poteſtatis,vt ha
3 buiſtis ſ.eo.l.j.§.ſed ⁊ p eum.⁊ ideo†q̄ eccleſia eſt in quaſi poſ
ſeſſione illius iuris,quicquid monachus ⁊ cōuerſus acquirit,
eccleſie acq̄rit ſine noua apprehēſiōe.Pro hoc facit optime j.
4 de preca.l.ſi adoptauero.¶Item quero,†qn̄ conuerſus querit
eccleſie,an eſt neceſſaria ratihabitio eccleſie?Reſpon.nō.imo.
acquirit eccleſie ignorāti.ſicut acquirit patri,vel domino igno
ranti,filius vel ſeruus.

LEX XXIIII.

1 ☞Naturalis poſſeſſio,an ſit de iure ciuili,vel naturali.
2 Filius qui acquirit vſuras ex pecunia profectitia patris illas
communicat cum fratribus.

**Quod ſeruus.** Poſſeſſio queſita p ſeruū
querit̄ domino ſi eſt iuſta.
alias ſec⁹.hoc dicit.Iſta lex eſt notabilis.Et no.tex.
ibi,qd̄ vero ex maleficijs.hic innuit ꝙ ſeruus nō acq-
rit dño,niſi ex cā peculiari.j.ſ.e.l.j.§.itē acquirimus.So.dic
peculiariter.i.quicq̄d iuſte acq̄rit.Itē op.innuit hic ꝙ ſeruus
poſſidet cōtra.de l.ſtipulatio iſta.§.hec quoq̄.j.d ver.ob.Dic
1 ꝙ poſſidet.i.detinet.Itē quero.†vtrū naturalis poſſeſſio ſit d
iure naturali vel ciuili.Glo.dicit ꝙ de ciuili.Cōtrariū videtur
no.ſ.eo.l.j.in prin.Sed dic vt in gl.in verb.nō poſſides.q̄ inci
pit 3.ſ.⁊c.ibi,ſiue aūt.imo.j.tit.j.l.ſequit̄.§.ſi tu vi me.nā ille.
§.ſi dominus.de l.non ſolum.j.tit.j.nō facit,vt ibi not.Ultimo
2 per†hanc l.dico,ſi filius acquirit vſuras ex pecunia patris ꝓ-
a fectitia inuito patre an cōmunicabit cū fratribus:Reſpon.nō[a]
queritur patri quod fili⁹ ex maleficijs querit,nec cōmunicabit
cum fratrib⁹.Dixi alio anno hic,⁊ dixi.C.de bo.que liber.l.cū
oportet.in prin.vbi glo.tangit Bar.

ADDITIO.

a ¶Reſpon.non adde ſm Alex.hic ꝙ idem ſequuntur docto.et
Bar.in l.cum oportet.C.de bo.que lib.Sed Bal.i l.j.ſ.de his
qui ſunt ſui vel alieni iuris.vſ in dominio contrarium tenuiſ
ſe.ſ.ꝙ iſta pecunia ex vſura propter peculium profectitium pa
tris dicat acquiſita patri,q̄ conſtat ꝙ dominiū receſſit a ipōte
ſoluente vſuras,⁊ filio queri nō pōt:ergo neceſſe eſt qd̄ patri ſit
acquiſitū.q̄ dominia non poſſunt volare per aera.l.ſi ſponſus.

de dona. inter vir. ⁊ vxo. Et per hoc dicit Alex. ſaluari gl. i d. l.
cū oportet. qui tenet ꝙ ſolutū filio nomine vſurarū, pro peculio
profectitio acquirit patri. Tu vide que poſui in d. l. cum oportet

LEX XXV.

1 ☞ Obliuio an ſola ſufficiat ad perdendam poſſeſſionem.

**SI id quod** Oppo. de l. peregre. in prin. j. cod. Solut. hic ignoramus in quo loco ſit, ⁊ in quo fundo, vel in quo horto, ſecus ſi ſcimus in quo loco ſit, licet locū loci ignoremus. Ité opp. de l. Pomponius. in prin. ſ. eo. l. j. §. per ſeruū qui fuga. Sol. quod hic dicitur, fallit in homine. Item quero, quid in fundo. ego neſcio me poſſidere fundum, an perdo poſſeſſionem fundi: Dicit gl. quod obliuio eſt cauſa perdende poſſeſſionis. Ité nota. in l. furtum. §. fundi. j. ti. j. C. eo. l. licet. ⁊ Inſtitu. de vſuc. §. quod autẽ. C. vnde vi. l. cum querebat. Si bene reſpicis iſtā
1 gloſſam, non ſufficit ad perdēdam poſſeſſionem ſola† obliuio[a],
a ſed requiritur quod obliuio ſit inducta ex curſu tēporis:[b] alias
b ſequeretur, ꝙ dormiens perderet poſſeſſionem. Dicam plenius j. eod. l. ſi de eo. ⁊ d. §. fundi.

ADDITIONES.

a ¶ Obliuio. vide etiam j. in l. ſi is qui.

b ¶ Curſu tēporis. Adde quod Pet. de Anchara. conſi. ccxiij. dicit quod ſimiliter ſi tabellio eſſet in quaſi poſſeſſione officij notariatus, negligēdo per decē annos, perdit illā quaſi poſſeſſionem. Et dicit Specula. in ti. de pe. poſ. §. j. verſi. nota tamen diligenter, vbi in fine dicit, Rof. ⁊ Uber. de Bonacurſio recitare, ꝙ Rogerius dedit hanc cautelam, quod quando probationes ſunt equales ſuper poſſeſſione, aduocatus debet dicere clientulo ſuo, quod armata manu ingrediatur poſſeſſionem, de qua eſt differentia, ⁊ quod denunciet aduerſario vt veniat ad poſſeſſionem ſi audet. quia ſi non veniet. quia ſuſpicatur ſe poſſe repelli, ſtatim amittit poſſeſſionē, quam dicebat ſe habere. Et ſi aduerſarius petat ipſum puniri, per l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. ille excipiet, ꝙ imo pro ipſo ſententia eſt ferenda, quia ipſe eque probauit poſſidere, ⁊ ſuam poſſeſſionem eſt ingreſſus, aduerſarius autem ſuam amiſit. Aliam etiam cautelam vide ibi, quam vis, ꝙ aliquis amicus tuus apprehendat poſſeſſionem alicuius rei ſine vitio, quam aſſerit ad ſe pertinere. Et an ſufficiat tēpus decem annorum ad inducendum obliuionem, vide Joā. An. in addi. ad Spec. ad fi. d. §. vbi tenet, ꝙ illud ſit arbitrarium, ſi alique circunſtantie eſſent, per quas minus, vel plus tempus conſiderandum eſſet. Alleg. c. fi. de tranſac. cum concord. Et infert, ꝙ eo caſu quo quis tenuit ciuilem, veniens ⁊ occupantem expellēs, nō dicitur vim facere, ſed ſuā poſſeſſionem defendere. Facit ſm ipſum, l. j. C. vnde vi. ⁊ vi. ⁊ vi arma. l. qui poſſeſſionē.

§. **Et per colonos** Per colonos ⁊ inquilinos ſicut per ſeruos poſſidemus nec perdimus, licet moriantur, vel furioſi efficiantur. h. d. Dicitur hic, ſed ⁊ ſi moriantur poſſeſſionem retinemus. Cōtra, imo naturalem amittimus, vt j. eo. l. ſi de eo. §. j. In gloſ. ſunt opin. vna eſt opi. Jo. ꝙ retniemus. ſ. diuerſimode: quia retinemus naturalem ſi efficitur furioſus, vel alij locat: ſed naturalem perdimus ſi moritur. ſed ciuilem nullo modo perdimus. Hug. dicit contrarium, ſcʒ ꝙ vtrunqʒ retineamus, etiam quando moritur, per d. l. ſi de eod. §. j. Opinio Joā. eſt vera, vt probat in d. l. ſi de eo. §. j. Nam pro hereditatem coloni nō poteſt retineri naturalis. l. j. §. Sceuola. j. ſi qs teſt. li. eſſe iuſſ. fue. Et alia ratio eſt i furioſo ſ. eod. l. ſi is qui. Item oppono, ꝙ differentia ſit inter ſeruum ⁊ colonum in rebus peculiariter poſſeſſis. Nam poſſumus poſſidere per animum, ⁊ corpus ſerui, non coloni, vt in §. item acquirimus. in l. j. ſ. eo. Sol. quod ad acquirēdam poſſeſſionem, vel petdendam, non eſt differentia: ſed quo ad alia, ſic.

§. **Quod autem** Qui poſſidet ciuiliter, per ingreſſum alterius eam non perdit, niſi reuerſus non admittatur, vel ſuſpicetur[a] ſe poſſe repelli. h. d. Bar.

ADDITIO.

a Claud. de Seyſſell. ¶ Suſpicit. An iſtud quod ex tali ſuſpicione perdatur poſſeſſio, habeat locum in eo qui ſtetit in fundo, vide per Aretin. in l. iij. §. in amittenda. ⁊ per gloſ. ⁊ doctor. i l. ꝙ meo. §. fin. ſ. eod.

LEX XXVI.

**LOcus** Locus certus ratione loci, vel quote pōt poſſideri. ſecus ſi eſſet vtraqʒ ratione incertus. h. d. no. ⁊ vidiſtis ſ. eod. l. iij. §. j. ⁊ habetis j. ti. iij. l. emptor. Ibi capi poteſt. etiam ſi ignoret quota ſit pars: id eſt, pro indiuiſo, ⁊ ſic eſt incerta ratione loci, certa ratione quote. Ibi, incerta aūt pars. dic rōne loci, ⁊ quote.

LEX XXVII.

1 ☞ Furioſus ſolo animo non poteſt deſinere poſſidere.
2 Poſſeſſio ex ſola obliuione ſine curſu temporis non perditur.

**SIs qui** Furioſus non poteſt deſinere poſſidere. h. d. No. tex. ibi, quia furioſus. Oppo. ꝙ furioſus poteſt perdere poſſeſſionem, vt j. e.
1 l. qui vniuerſas. §. 1. Sol. †dicit, ꝙ non poteſt furioſus deſinere poſſideri ſolo animo, ſed alijs modis, quibus homines deſinunt poſſidere, l. ij. §. ſi a furioſo. j. pro emp. ⁊ hoc probatur ex ratione poſita in fi. legis, que firmat dictū ſm Dy. Ité oppo. furioſus perdit animū, ſicut ille q obliuiſcitur: ergo perdit poſſeſſionē, vt not. ſ. eo. l. ſi id. ꝙ in princ. In gl. ſunt opin. Tu dic,
2 †ꝙ ex ſola obliuione ſine temporis curſu, non perditur poſſeſſio. Unde ſi furioſus ſtaret per longum tempus quod non poſſideret, vel alius eius nomine, perderet poſſeſſionem.

LEX XXVIII.

1 ☞ Rem meam quā alius poſſidet, reſpectu poſſeſſionis poſſum ſtipulari, conducere ⁊ emere.
2 Dominus poſſeſſor ſi ignorans conducit a nō poſſeſſore, an perdat dominium ⁊ poſſeſſionem. 8.
3 Ignorare quomodo quis poteſt ſe poſſidere.
Conductio facta de re ſua ab eo, qui eſt dominus poſſeſſor ignorantur non tenet.
4 Conducens rem ſuam, quam ſcit ſe poſſidere, ⁊ ſe eſſe dominum, quaſi non ſuam, non amittit dominium, nec etiam perdit poſſeſſionem. nu. 6.
5 Tradens vero rem ſuam, tanquam non ſuam, ſed tāquam rem tuam non transfert in te dominium.
7 Contractus locationis ⁊ conductionis, de re ſua factus a ſcienter poſſidente, ⁊ ſe dominio quaſi non ſua, non tenet.
8 Conducere rem ſuam, vel non ſuam qualiter cognoſcatur.
9 Accipiens bona propria in emphyteuſim a monaſterio, an in monaſteriū tranſtulit, dominium, ⁊ bona illa alienare poſſit monaſterio irrequiſito, ꝙ ſic, ⁊ ꝙ dñium nō ſit trāſlatum, ita cōſuluit.
10 Conducendo rem meam a me poſſeſſam a non poſſeſſore, cōtractus valet ratione poſſeſſionis, ⁊ quomodo.
11 Conductio rei ſue, qñ nō apparet, an reſpectu poſſeſſionis, vel proprietatis ſit facta cuius reſpectu videatur facta.
Quid ſit hoc querere.
12 Clauſula, vendo tibi talem rem iure emphyteuſis, appoſita in inſtrumento, quid operetur.
13 Poſſeſſor non dominus, ſi conducit rem ab alio, quādo perdat poſſeſſionem.
14 Conducendo rem putans eſſe meam, cum mea non ſit, valet cōductio.
Ueritas ꝙ potius inſpiciatur quam opinio.
15 Conducere ⁊ emere rem que pro parte eſt mea, ⁊ pro parte nō: an poſſim.

a **SI aliquam[a] rem.** Iſta lex eſt difficilis ſicut aliqua lex, que ſit in mūdo. Et rō difficultatis eſt, quia hic ponunt quinqʒ caſus, ⁊ non determinat niſi vnus. Et prima pars loquit, quādo dominus ⁊ poſſeſſor conducit eandē rem a non poſſeſſore. Secunda, quando dominus non poſſeſſor eam cōducit a poſſeſſore. Secūda ibi, ⁊ ſi ſciens. Ibi, poſſidere, ⁊ eiuſdem dominium habebam, vt innuūt ſequētia. ¶ Not. i fi.
1 legis† ꝙ poſſum rem meam, quam alius poſſidet, reſpectu poſſeſſionis ſtipulari, cōducere ⁊ emere: vt hic i fi. Et quia hec lex nō determinat omnes caſus, ideo queram i quolibet mēbro de tribus. Primo vtrum perdatur poſſeſſio. Secūdo, vtrum perdat
2 dominium. Tertio, an valeat contractus. ¶ Uenio† ⁊ aſſumo primū menbrū, quando dominus ⁊ poſſeſſor conducit a nō poſſeſſore. ⁊ de hoc vidēdum, ſi ignorē. Quero, quomodo† eſſe pōt quod ignorem me poſſidere, cum ignorans perdat poſſeſſionē per obliuionem, vt ſ. eod. l. ſi id. quod Solu. Intellige, quando poſſidebat per ſeruum, vel filiū ex cauſa peculiari, vel per procuratorē, hoc caſu poſſidet ignorās. Uide gl. i verb. an ignorās. que incipit, ignorās. ibi, ignorare antē, ⁊c. Item poteſt eſſe etiā quādo per ſeipſum poſſidebat: quia tunc ſola obliuio ſine curſu temporis non facit perdere poſſeſſionem. vt dixi ſupra eod. l. proxi.
b Quero, an poſſeſſio[b] perdatur iſto caſu per conducentem: Glo. dicit ꝙ non, vt j. cod. ſi me in vacuam. bene dicit: quia non eſt animus perdende poſſeſſionis, quam quis ignorat ſe habere. Ité quero, an perdatur dominium: Reſpon. non: quia non poteſt perdi dominium, vt dicto §. differentia. Item quero, vtrum iſto caſu valeat locatio, ⁊ conductio: Reſpondeo, cum non perdatur dominium, non valet conductio, vt j. ea. l. in fi. de reg. iur. l. neqʒ pignus. ⁊ l. non ſolet. ſ. locati. ⁊ l. ſue rei. de cōtrahē. empt. Ité ex eo quod dixi, quod non perditur poſſeſſio, nō valet cōductio: nam poſſidere, ⁊ ex cōducto habere, ſunt repugnātia, vt ſ. cod. l. ſi quis ante. ¶ Secūdū membrū† eſt, quando ſcio me poſſidere,
4 ⁊ me dominū, ⁊ eandem rem cōduco quaſi non meā, quero,
vtrum

vtrū iſto caſu perdat dominiū: Et determinat gl. ꝙ non ſufficit
animus ꝯducētis tm̄ ad perdendū dominiū, l. ſi qs vi. §. differē
5 tia. ſ. eod. Preterea,† quādo trado tibi vere rem meā tanꝗ nō
meā, ſed tanꝗ tuam: nō transfero in te dn̄ium, vt dixi in l. dedi.
in §. ſubtilius. ſ. de cōdic. ob cau. multominus perdo dominiū
6 tradendo ficte, ſcilicet conducendo. Sed quero,† vtrum perda
tur poſſeſſio: Dicit glo. ꝙ ſic, l. quod meo. ſ. eo. Et ita dicit iſta
glo. que non videtur verū dicere: q2 illa cauſa, que nō ē habilis
ad tranſlatonē dominij, non eſt habilis ad tranſlationē poſſeſ-
ſionis, vt not. ſ. eo. l. quod meo. ſed ſm hanc glo. iſta non ē habi-
lis ad transferendum dominiū, ergo ⁊c. Propter hoc Jaco. de
Are. reprehendit hanc gl. quem non puto bene dicere: quia q̄
dam ſunt cauſe inhabiles ad transferendū dominiū, ⁊ tamen
ſunt habiles ad trāſferēdum poſſeſſionē, vt dixi i d. l. qđ meo.
Sed hanc gl. non puto verā, quod perdatur poſſeſſio alia ratio
ne: q2 quando dominus non poſſeſſor conducit rem ſuam a poſ
ſeſſore, iſta eſt cauſa querende poſ. l. ei a quo. ī. titu. j. Si ē cauſa
querende poſſeſſionis, vt ibi multo magis erit cauſa poſſeſſio-
ris retinende, quando domin9 poſſeſſor conducit a non poſſeſ
ſore. Unde cū nō perda dominium, ergo conducēdo poſſeſſio
c nē non perdit, ſed retinet.c ¶ Tertio quero,† an valeat contra
7 ctus locationis, ⁊ cōductionis: Reſpōdeo, ex eo ꝙ nō perdit do-
miuium nec poſſeſſio, cōcluditur ꝙ nō valet: q2 conducit rē ſuā
8 ⁊ a ſe poſſeſſam, ⁊ ſic nō poteſt, vt proxi. dixi. ¶ Itē ſequit aliud
membrū, quando dominus ⁊ poſſeſſor conducit rem ſuā, quaſi
ſuam. Anteꝗ vadam vlterius, quero, quomodo cognoſcam, an
qs conducat rem ſuam, vt ſuam: Reſpōdeo, cōducit quaſi nō
ſuam, ſi in inſtrumento cōtinetur, talis ꝯceſſit ⁊ locauit mihi ta
lem fundū ⁊ tunc locauit tanꝗ ſuum non tanꝗ meū, ⁊ ego quaſi
alienum conduco. Si vero dicitur ſic, ego dominus talis fundi
ſciens me dominū, ⁊ poſſeſſorem talis fundi. volens cognoſcet
a tali, conduco ab eo tunc conducit tanꝗ ſuū, ⁊ ille locat vt meū
Item poſſet probari extrinſecus, licet in iſtrumento non cōti
neatur quomodo cōduxi. Et hoc caſu quādo condixi rem meā,
tanꝗ meam, an perdit dominiū, vel poſſeſſio: Gloſſ. dicit ꝙ ſic,
Uide glo que incipit, ⁊ erat, ⁊ idem tenet glo. magna hic poſita
Contrariū tenet ī. tit. j. l. ei a quo. ⁊ ibi videt ꝓbari in tex. ⁊ not.
in l. q rez. C. loca. Quod iſta gl. dicat verum, ⁊ nō illa probatur
ſic. Non eſt dubiū quando precedit titulus, ꝑſolam cōductionē
transfertur in aliū dominium ⁊ poſſeſſio, l. quedam. ſ. de rei vē
di. Sed eſt cauſa habilis, ſcilicet ficta donatio, ſi trado ſcien-
ter indebitum, l. cuius per errorem. ī. de regul. iur. Cum ergo
donatio per illam conductionem transfertur dominiū. Dy. ⁊
Jac. ⁊ omnes tenēt gl. contrariā per l. ei a quo. ī. tit. j. ¶ Et cir
ca glo. iſtam dicūt, Quandoqȝ verus titulus precdit, ⁊ vera tra
ditio ⁊ tūc trāſfertur dominiū, l. traditionibus. C. de pac. Quā
doqȝ interuenit fictus titulus ⁊ vera traditio, tūc idē ꝙ tranſ-
fertur dominium l. cuius per errotem. ī. de reg. iur. ⁊ l. j. ſ. đ cō
dicē. indeb. Quādoqȝ interuenit verus titulns, ⁊ ficta traditio ⁊
transfertur dominium, l. quedam. ſ. de rei vendi. ⁊ lege, quiſqs
C. de donatio. Quandoqȝ interuenit fictus titulus, ⁊ ficta tra-
ditio, vt in caſu noſtro, quando conduco a te rem meam ſcienter
tunc non ſufficit ad tranſlationem dominij: ita loquitur. d. l. ei a
quo. ī. tit. j. ⁊ l. qui rem. C. loca. ita dicit Dyn. ⁊ Cyn. recitat in l.
d qui rem. C. loc. Habuiſtis in hac ciuitate[d] hanc q.† Quidam no
9 bilis[e] habens ſuum podere proprium, recipit illud podere in
e emphyteuſim, ⁊ fuit factum inſtrumentum per talia verba. Ta-
lis Abbas taūs naſterij cōceſſit in emphyteuſim tale podere ta
li nobili. Demum ille nobilis vendidit illud podere monaſterio
irrequiſito, modo monaſterium volebat vendicare ab emptore,
ego dixi ꝙ nullum tranſlatum erat dominium in eccleſiam per
hoc. quia fuit titulus fictus, ⁊ ficta traditio, d. l. ei a quo. ī. tit. j. ⁊
d. l. qui rem. C. loca, ⁊ ita omnes docto. conſuluerunt in ciuitate
iſta: Sed oppoſui eis, ⁊ non fuit mihi reſponſum. Bene dixi,
quod fictus titulus. ⁊ ficta traditio, non operantur tranſlatio-
nem dominij vt doct. dicunt ne concurrant due fictiones circa
idem, l. j. C. de dot. promiſ. ⁊ l. cum poſt. §. gener. ſ. de iur. dot.
ſed in eccleſia non requiritur traditio, ſed acquiritur dominiū
ſine traditione, l. fi. C. de ſacroſan. ec. ergo nō ſunt due fictiones,
imo ex ſolo titulo queritur dominiū. Breuiter ergo dico, quod
ſi ille dominus recepiſſet in emphyteuſim illas res tanquā ſuas
tunc concederem contrarium, ꝙ in eccleſia transfertur domi-
nium: quia nō ſunt due fictiones. Sed in queſtione propoſita,
iſte dominus recipit in emphyteuſim, tāquam prius eſſet eccle
ſie, quo caſu indiſtincte dominium non perditur, vt dixi in ſecū
do membro ſupra poſito, ergo ⁊c. ¶ Uenio ad ſecūdam parēt.
Iſta ſecūda pars legitur duobus modis. Primo modo proſe-
quitur ſuā materiam, quando dominus ⁊ poſſeſſor conducit a
non poſſeſſore, ⁊ tūc quod dicitur in tex. nam ⁊ ſi rem, ⁊c. induci
10 tur in exemplum. Et tunc retenta † iſta lectu. ꝙ ſi rem meā a me
poſſeſſam conduco a non poſſeſſore, cōtractus valet ratione poſ
ſeſſionis. Quero quomodo pōt valere ratione poſſeſſionis, cū
poſſeſſionis habeā: Glo. magna reſpondet, licet ergo poſſiderē
tu poteras a me auocare aliquo interdicto, vnde perinde eſt ac
ſi non poſſiderem. Alia ſolu. eſt Ego eo ipſo, ꝙ conduco a te re-
ſpectu poſſeſſionis: videor eam transferre in te ⁊ tu eam mihi lo
f care.[f] Alio modo legitur, qđ hic mutet caſum, quādo dominus
non poſſeſſor cōducit a poſſeſſore. ⁊ dicit litera, ꝙ valet reſpectu
poſſeſſionis, ſecus reſpectu proprietatis. Ad hoc oppo. ī. tit. j.
g l. ei a quo. Sol. illa debet intelligi ſm diſtinctionem hui9 legis g
11 Ulterius† ego quero, quid in dubio, ſi non apparet vtrum reſpe
ctu poſſeſſionis, vel proprietatis cōducam. Jacob. de are. dicit
ſic. Aut ego dico ſic, Conduco poſſeſſionē huius rei, ⁊ videor cō
h ducere reſpectu poſſeſſionis[h], l. ſi mulier. §. qui poſſeſſionem. ſ.
quod met. cau. ⁊ ī. vti poſ. l. ſi duo. in fi. ne. Aut dico, cōduco rē,
⁊ tunc in dubio preſumitur ratione proprietatis, d. l. ſi duo. i e.
⁊ ꝓbat hic tex. ibi ſpecialiter ⁊c. Sed quid eſt hoc dictū, Cōdu
co reſpectu poſſeſſionis, vel proprietatis: Nam conductor nū
quam habet proprietatem vel poſſeſſionem. arg. l. non ſolet. ſ.
loca. ⁊ l. ſi quis antq. ſ. eod. Quid eſt hoc dicere, aut conduco re
ſpectu poſſeſſionis vel proprietatis: Aduerte, nos habemus
tex, qui hoc declarat. i l. ſi quis domū. §. j. ſ. loc. vbi dicitur, aut
quis locauit reſpectu proprietatis, aut reſpectu vſuſfructus.
Quando ego loco reſpectu ꝓprietatis, ego tenor tibi vt liceat
tibi vti re. l. ex cōducto, in prin. ſ. loc. ⁊ ideo ſiue inquetatis re-
ſpectu ꝓprietatis, ſiue poſſeſſionis, vel quocūqȝ mō, teneor tibi,
ſed ſi ego loco tibi tanqȝ fructus vſufructuari9, ⁊ tu es impedi-
tus a proprietario, tunc nō teneor preſtare plus, niſi ꝙ ſim vſu
fructuarius. ⁊ reſpectu vſuſfructus non impediaris, d. l. ſi quis
domum. §. j. ſ. lo. Modo ad propoſitum, quando conduco rē
meam reſpectu proprietatis, non valet: qua ſtatim mihi ipſi vi
deor emere, l. fundo. ad l. Falci. ⁊ l. cui res. ſ. de actio. empt. ⁊ iō
nō valet. Sed quando conduco reſpectu poſſeſſionis a te tu nō
teneris mihi preſtare, niſi ꝙ ſis poſſeſſor. De ꝓprietate nō cu-
12 ratur, ſi poſſeſſionē prolint. Et ideo valet† deciſio iſta ad queſt.
vti lex. Quid relauat dicete in inſtrumento, Ego vendo tibi ta
lem rē iure emphyteuſis talis eccleſie. Tu vides, ꝙ hic equipa
rentur emptio ⁊ locatio, ⁊ ſtipulatio, ⁊ p̄carium. Unde quando
appono illa verba, vēdo iure emphyteuſis ⁊c. nō teneor praeſta
re, niſi ꝙ ſim emphyeuta, nec teneor ſi inquietaris reſpectu do
minij directi: ſed bene teneor, ſi nō eſſem emphyteuta, d. l. ſi qs
domū. §. j. ſ. loca. ⁊ l. qui tabernas. ſ. de contrahē. emp. C. cre.
13 qui. pig. non de l. j. Juxta hoc quero,† nos habemus in prima
parte, quādo domin9 ⁊ poſſeſſor cōducit a nō poſſeſſore: quid ſi
poſſeſſor non dominus conducit ab alio rem: Hanc q. non habe
mus hic. Debes dicere, Aut ignorabat ſe poſſidere, ⁊ tunc poſ
ſeſſionem nō perdit, vt hic, ⁊ l. naturaliter. §. nihil. ſ. eo. ſm vnā
lectu. ⁊ per cōſequens non valet cōtractus locationis, l. ſi quis
ante. ſ. eo. Si vero ſciebat ſe poſſidere, tunc valet contractus, ⁊
i poſſeſſio perditur.[i] vt ſ. eodem, l. quod meo. in princi. ⁊ l. qui bo
14 na. in prin. ⁊ l. interdum. in prin. Secundo querit gl.† quid. ſi
ego conduco rem putans eſſe meam, cum non ſit mea: Reſpon
det gl. debet inſpici veritas potius quam opinio, alleg. ſ. ne ne
go. geſt. l. item ſi eum. Ego dico, ꝙ de hoc eſt caſus duarū legū
ſimul cōiunctarū. ī. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. ſi quis
15 dum putat. cōiuncta l. ſi de eo. in fin. ī. eod. Ultimo† quero, ſi res
eſt mea ꝓ parte. pro parte nō, an poſſim illā rē cōducere ⁊ eme-
re. De hoc eſt caſus ſ. de i diē addict. l. q9. ſi vno. in fi. dic, vſ ibi
Ultimo Cy. de hac materia tangit recitando diſtinctionē Jac.
de are. in l. ad probationem. C. loc. tene menti iſta.

ADDITIONES.

a ¶ Si quis aliquā. Aduerte, ꝙ Bart. inuoluitur vitio cōtrarie
tatis, ſm quoſdā in hac l. ſi aliquā rē. Sed ꝓ ſaluādo Bar. vide
cōcordiā, quā poſui ad l. ſub cōdictione. ff. de ſol.

b P. Pau. P. ¶ An poſſeſſio. Uide Alex. cōſi. lxix. vol. v. Curt.
conſi. lxx.

c ¶ Sed retinet. Adde ſm Alex. ꝙ gl. i l. qui rē. C. loca. ⁊ ibi Pe,
Cy. Jac. But. Bal. Ang. ⁊ Saly. cōcordāt cū hac gl. quādo cō
ducens amittat poſſeſſioni. ⁊ idem dicit, tenere Cy. in l. ad pro-
batione. ⁊ C. loca. Imo. Raph. Cuma. ⁊ Pau. de caſt. hic, ⁊ hāc
dicit eſſe cōmunem opinionem, cum qua ipſe tranſit reſponden
do contrarijs.

d ¶ Roma. ¶ Hac ciuitate. Uid Alex. cōſi. ix. vo. v. ⁊ Pau. cōſ.
iij. q. xxiiij. ⁊ cōſi. xciiij. in ij. dubio. volu. ij. ⁊ Felyn. i c. cū Bertol
dus de re indi. in ver. dicit etiam Bal. ⁊ Alex. in l. j. §. ſi vir. ſ. c.
⁊ Barba. cōſi. xj. ⁊ vol. ij. ⁊ Alex. i cōſi. cxxxvj. in fi. vol. j. ⁊ Are.
cōſi. xiij. ⁊ Alex. cōſi. xcij. col. fin. volu. ij. vbi loquitur etiā in emē
te rem ſuam. ⁊ conſi. cxviij. in verſi. quinimo. eod. vol. vbi loqui-
tur in recognoſcente rem quam preſcripſerat. ⁊ cōſil. xxix. col.
volu. v. ⁊ conſi. lxix. eod. volu.

¶ Quidam nobilis. Adde Ang. ita tenentē ī l. qui rem. C. loc. Bal. in l. ad probationē. C. loca. ꝛ in l. cū falſa. ꝛ ibi etiam Bar. de iu. ꝛ fac. ign. Bal. in addi. Spe. in ti. de emphyteu. C. nūc ali qua. verſ. an qs ſoluēs. Ang. in §. emphyteuſim. in auth. de non alie. Pau. de ca. conſi. cclj. ꝛ vide Alex. de Imo. in conſi. lxix.

f ¶ Mihi locare. Adde ꝙ cum hac opi. tranſeunt Ang. ꝛ Pau. de Caſt. approbantes gl. ſed Imo. ꝛ Ro. tranſeunt cum Bart. cum quo etiam tranſit Alex.

g Claud. de Seyſſell. huius legis. ¶ Sed neſcio videre quomodo hoc poſſit procedere. Nam ſi conducendo reſpectu poſſeſſionis vt dicit Bar. transfero in te poſſeſſionem, certe conducēdo po-ſtea a te, perdis poſſeſſionem, ner valet conductio, per l. ei a quo hic alleg. ergo nullo modo recedit poſſeſſio ab iſto conductore: qꝛ etiam ſi alius haberet, illam perderet: nin dicas ꝙ illa lex in-telligitur qn̄ conducitur reſpectu proprietatis. Sed nec hoc ſa-tiſfacit: quia hoc caſu qn̄ dominus conducit rem ſuam a ſe poſ-ſeſſam reſpectu proprietatis, perdit poſſeſſionē ſecūdum Imol. Pau. de Ca. Roma. Alex. ꝛ cōmuniter doctor. hic, ꝛ eſt de mē-te gl. Poſito ergo ꝙ hoc caſu perdat poſſeſſionē, conducendo ꝑ hanc, certe ei acquiritur erg. d. l. ei a quo, vt ſaltem amittat eam locator, cum ei acquiritur per iſtam.

h ¶ Poſſeſſionis. Adde niſi poſſeſſio capiatur pro proprietate, vt fit in l. interdum. de ver. ſig. vnde in l. j. C. ſi pig. pign. datū. Bal. dicit ꝙ ſi quis dicit, pignoro tibi poſſeſſionem talis rei, vi-detur pignoraſſe proprietatem fundi, non ſolam poſſeſſionem. Et pro eo quod hic dicit Bar. ꝙ dicor conducere reſpectu poſ-ſeſſionis. Alex. dicit facere tex. c Pau. de caſt. ibi ad hoc ponde rat in l. re pignoris. ī. eo.

i ¶ Perditur. Adde ꝙ cum hac diſtinctione tranſeunt Angel. ꝛ Imo. hic.

LEX XXIX.

**POſſeſſionem.** Pupilius non poteſt ani mo deſinere poſſidere. h. d. Oppo. de l. pupillus. ſ. ti. j. Dicunt quidā, hic lo-quit de detētatione, ibi de naturali poſſeſſione. Uel melius, naturalē poſſeſſionē poteſt perdere. ſicut quilibet alius. Ultimo oppono de l. iij. §. ſi a pupillo. ī. pro empto. dic vt ibi.

LEX XXX.

**QUi vniuerſas.** Qui poſſidet vnū totū integrale, non poſſidet ſingulas res eius. h. d. Iſtam legem ꝛ eius materiā videbitis. ī. ti. j. l. rerum miſtura. ꝛ ibi videbitis ma-gnas vtilitates. ꝛ ibi dicam. Non habetis hic alia.

1 ☞ Factum iudicis, dicitur factum partis repreſentare.

**§. Poſſeſſionem.** Poſſeſſio perditur ab ignoran te, ꝛ inuito ſuperueniente defe-ctu ex parte rei, vel perſone. h. d. Ibi, poſſeſſionem ex ſecundo

1 decreto. Ratio huius §. eſt, qꝛ † factum iudicis dicitur repreſen tare factum partis, l. ſi ob cauſam, C. de euict. ꝛ l. j. C. ſi in cau. in pig. verſ. item quod a marit. Tene menti hunc verſ. dixi ſ. eod. l. iij. §. Labeo. Bar.

1 ☞ Monaſterium ſi quis ingreditur cum bonis, an illa monaſte rium poſſideat ſine noua apprehenſione.

a **§. Aut ſi is qui.** [a] Circa hunc §. aliquis eſt ingreſ ſus monaſteriū, certe deſinit poſ

1 ſidere vt hic. Sed quero, vtrū monaſteriū poſſideat † quicquid poſſidet ipſe ſine noua apprehenſione: Dy. arguit, ꝛ vr ꝙ non, ſiue dicamus monaſterium haberi loco filij ſui, ſiue extranei. Probatur in l. cum heredes. in prin. ꝛ quod ibi no. ſ. eo. Et fina liter tꝫ, ꝙ monaſterium poſſideat ſine noua apprehenſione, ꝛ nil boni allegat. ſed eſt tex. in l. ſi adoptauero. ī. de preca. Et doct. allegant iſtum text. in auth. ſi qua mulier. in vlt. q. C. de ſacro-ſan. eccle. ſed gl. iuris Canonici allegat l. iij. ꝛ authen. ſi qua mu lier. que eſt canonizata, xix. q. vlt. c. ſi qua. Bar.

ADDITIO.

a And. Barb. ¶ Aut ſi is qui. Adde l. j. §. Sceuola. ī. ſi quis teſt. li. eſſe iuſſ. l. cum heredes. ſ. eo. l. minima. C. de actio. ꝛ obli. iſta eſt optima limitatio. Uide caſum in l. fi. C, de ſacroſan. eccl. ꝛ qđ ibi no. Bal. ꝛ vide qđ no. in l. pen. C. ad Treb. Ad illud an tranſ ferantur actiones ſine reſtitutione, facit quod no. in l. traditio-nibus. C. de pac. facit l. j. §. conſtante. ī. de vſuca. pro dot. ꝛ ibi vna glo. ſingu. ſm do. meum. ꝛ vide Bar. in l. cum heredes. §. fi. ſ. eod. Specu. in tit. de pact. dot. §. j. verſ. liij. Inno. in c. in pre-ſentia. de proba. Hoſt. Petr. Io. de imo. in c. ij. de teſta. ꝛ dixit Bar. in d. l. ſi adoptauero. ī. de precar. Bal. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle.

1 ☞ Poſſeſſio ꝓbat̄ ex ſolutione mercedis; niſi alius poſſideat.
2 Hereditas retinet naturalem poſſeſſionem per collonum.

**§. Quod per colonum.** Heres nō acqui rit poſſeſſionē, ni ſi eam apprehendat vere vel ficte. hoc dicit. Iſte finis videt̄ cō tradicere principio. Dicitur enim in princip. §. quod niſi nāci-ſcatur poſſeſſionē, non prodeſt poſſeſſio coloni, etiam ſi non nan ciſcatur. Sed dic ꝙ colonus ſoluebat mercedem heredi, vel cō duxerat ab hered. Tene menti in quantū dicit, ꝙ colonus ſol-

1 uebat mercedē. Ex qua ſolutione habes, ꝙ † ex ſolutione merce dis probatur poſſeſſio. qđ tene menti. Pro quo facit optime C. de agr. ꝛ cenſi l. litibus. lib. xj. Et hoc intelligo verū, ni alius poſſideat: qꝛ tunc non pꝛbatur, ꝙ tu poſſides, licet tibi ſolua

2 tur merces, l. quamuis. §. j. ī. eod. quod tene menti. Quero † an hereditas retineat naturalem poſſeſſionem per colonum. Glo. dicit, ꝙ non. ſ. ſi quis teſta. li. eſſe iuſſ. l. j. §. Sceuola.

1 ☞ Poſſeſſio per animum primi, vel ſecundi retinetur, ſi con tingat illam ambulare per mille manus.

**§. Si ego.** Per colonum, commodatariū, ꝛ depoſita riū, ꝛ ſi alij locet, cōmodet, vel deponat poſ ſeſſionem retinemus. Hoc dicit. Et eſt pulcher caſus. Glo. in vb id poſſidebo. oppon. d l. non ſolū. §. q pignori. ī. tit. j. Glo. ſolu. duobus modis tene illam verā ſol. ibi em̄ colonus vel cōmoda tarius tradidit alteri alienādo, hic vero tradidit nō alienādo ſed cōmodando, vel deponendo, ꝛ ſic uoluit a ſe abdicare domi nium. Itē oppo. ꝙ hoc non procedat contra l. queſitū in princ. ī. de prec. Glo. non ſoluit. Sed dic, ꝙ ibi loquitur de actione ꝑ ſonali, que tantum ꝯ primū concedit̄, hic de retinenda poſſeſſio

1 ne, que etiā per ſcđm, ꝛ vlteriorē retinet̄. † Querit glo. ego retineo poſſeſſionem, etiā ſi per mille manus iuit, per quem retineatur poſſeſſio, an per primum, cui locaui, an per animū eius, cui pri-mus locauit: Reſpond. per animum primi. Contrarium no. in l. non ſolum. ī. tit. j. Breuiter iſtam glo intellige que dicit, ꝙ ꝑ tertium retinetur: ꝛ dic, id eſt, per primum locantem tertio, vel per primum facto tertij, alias non bene diceret, vt hac gl. Bar.

LEX XXXI.

1 ☞ Dn̄s an perdat aliqua cum colonus deſerit poſſeſſionem.

a **SI colonus.** [a] Per colonum etiā abſen tē animo retinemur poſſeſ ſionem naturalem. h. d. Gl. hic reuocat ī dubiū vtrū medio tempore antequam colonus reuertātur ī fun dum, dominus naturaliter poſſideat. Ioan. ꝙ ſic: bene. Pona mus ꝙ exit colonus de fundo animo deſerēdi poſſeſſionem † an dominus perdat aliquam: Glo. format eam, ꝛ diſputauit ſatis late, C. communia de vſucap. l. j. Glo. hic. dicit, ꝙ peditur natu ralis. Uidebitis. ī. eod. l. ſi de eo. §. j. Alij dicunt contrariū, ꝙ nulla perdatur, per hunc tex. ꝛ hic ſubaudiunt maxime. Pro eorum opin. facit C. de agric. ꝛ cenſi. l. per colonū. lib. xj. Pro hoc etiam facit. Pomponius: ſ. tit. j. ꝛ l. quecunqꝫ res ex mari. circa princ. eod. tit. Ad l. per colonum. reſpondeo, ꝙ nō perdit̄ ciuilis, ſed naturalis. Ad l. ſi fundum. ī. pro emptore reſpon-deo eodē modo, ꝙ ciuilis non perditur ideo procedit vſucapic.

ADDITIO.

a ¶ Si colonus. Adde ꝙ ſecundum Ang. iſte text. iuncta expoſi tione glo. alleg. per Iac. de are. ꝙ licet mulier ex forma ſtatuti non poſſit obligari ſine conſenſu mariti, poterit tamē officium procurationis extra iudicialis ſuſcipere, ꝛ tenebuut geſta per eam. Et ita dicit ſe obtinuiſſe Florentie.

LEX XXXII.

**QUamuis.** De materia huius legis habuiſtis ſ. eo. lj. §. ceterum.

1 ☞ Colonus tradens ficte, non priuat dominum poſſeſſione.
2 Poſſeſſio probat̄ ex perceptione mercedis, niſi ali⁹ poſſideat.
3 Colonus qui vere vendidit ꝛ tradidit, licet ſemper domino pen ſionem ſoluat, tamen ipſum dominium poſſeſſione priuauit.

**§. Si conductor.** Ficta traditio coloni, nō pri uat dominiū poſſeſſiōe, h. d. not. §. iſtum vt dixi ſ. eodem. l. iij. §. in amittenda. in fin. ¶ C ꝑ pon. traditio coloni priuat dominum poſſeſſione, vt l. iij. §. ꝙ ſi ſeruus. ſed colonus cōducendo videtur tradere alteri, vt l. que dam. ſ. de rei vendic. ꝛ ſ. eod. l. quod meo. in prin ꝛ l. quibonaſi de in princ. ſ. eo. ꝛ ſic primus dominus poſſeſſionē perdit. Qui dam dicunt, ꝙ hoc contingit propter mercedis ſolutionē; quod non eſt verum. Alij dicunt, ꝙ hic non habuit animum tradēdi.

1 Sed tu dic, † ꝙ contraria loquūtur quando poſſeſſio fuit tra-
a dita per colonum vere, hic quando ficte [a] tene menti. Item op-
pon. ꝛ videtur, ꝙ mercedis perceptio inducat poſſeſſiōis acqſi tionem, vt not. ſ. eod. l. qui vniuerſas. §. quod per colonū. Ego
2 † dixi ꝙ mercedis [b] perceptio inducit acquiſitionē poſſeſſiōis,
b niſi alius poſſideat, hic alius poſſidet. Unde licet mihi ſoluat̄ penſio non propter hoc alius, qui poſſidebat, priuatur poſſeſ ſio
3 ne. Dyn. † querit ponamus ꝙ colonus vendidit ꝛ tradidit vere ita ꝙ dominū poſſeſſione priuauit, tamē penſionē ſuper domi-no ſoluit; Reſpon. ex eo, ꝙ aliū iam cōſtat poſſidere non retinet

dominus

dominus poſſeſſionē. Probaē in l. Pomponius querit. ſ. qb. mod. vſuſfruc. amit. que lex eſt valde nota. ad iſtā. Tene menti.

ADDITIONES.

a ¶ Ficte. Adde ꝙ hoc limitat Ang. niſi reſponderet de fructib⁹ ſecūdo locanti que limitatio ꝑ Alex. reprobaē, vt hic ꝑ eū. Cui etiam adde qñ colonus poſſit preiudicare, ꝛ prodeſſe domino, ꝙ pulchre conſulit Bal. conſi. cclxxv. ꝛ conſi. cclxxx. lib. iij.

b P. Pau. P. ¶ Quod mercedis. Uide Fel. in c. Bertoldus. de re iudi.

1 ☞ Infans quorum acquirat poſſeſſionem.

§. **Infans.** Opp. de l. donatarū. C. eo. l. ſi qs in emancipatum. C. de don. vbi infans indiſtincte apprehendit poſſeſſionē ſine tutoris authoritate. Multe ſol. ſunt.

1 Sed dic ſm Dy. † quedam ſunt res, in quib⁹ infans habet plenam animi affectionē, vt ſunt iſta locularia, vel pocularia: tunc indiſtincte acquirit poſſeſſionem. Quedam ſunt, inquibus infans nullam habet affectionem. vt in fundo, tunc ſine tutoris authoritate non poteſt, vt lege contraria.

LEX XXXIII.

1 ☞ Mandatum eius, quod quis habet neceſſe facere, non finitur morte.

2 Executore dato per iudicem ad intrandā poſſeſſionem rei, non debet quis intrare propria authoritate.

3 Executor ſi ſcit dominum defūctum, hoc non ſufficit ad extinguendum mandatum.

4 Executor cui fuit cōmiſſum ꝑ iudicem, vt aliquē mitteret in poſſeſſionem, iudice defuncto poterit ipſum in poſſeſſionē mittere.

1 **Undi** † Cui datus eſt executor. non pōt ingre-
a di ſua authoritate. Item mādatum eius ꝙ quis habet neceſſe facere, nō finiē[a] morte. h. d. Not. lex eſt, ꝛ legā ipſam aliter ꝙ alio anno, ꝛ melius. Pri-
2 ma pars induci poſſet, imo eſt caſus, † ꝙ ſi alicui datus eſt executor ꝑ iudicē, vt inter peſſeſſionē rei non debet intrare poſſeſſionē ſua authoritate, ſed dꝫ intrare executoris authoritate vt hic. Et habes caſū cū gl. j. de re iud. l. miles. §. q iudicati. ¶ Uenio ad ſcđam partē. ꝛ primo op. de l. ſi ego. ī prin. ſ. de iu. do. Dicit gl. alio caſu loquitur. ꝛ bñ: qꝛ ibi loquiē in ꝯctibus innominatis, in quib⁹ penitentie erat locus, hic vero tenebatur de neceſſitate facere, ꝛ ideo nō habet locū penitētia. Itē opp. de l. ſi paterer. ſ. de manu. vin. Sol. ibi erat talis actus, in quo penitētia admittebatur. Itē opon. de l. C. ſ. ſed ſi quis. ſ. de do. ꝛ ſ. ſi cer. pet. l. ei⁹ qui. §. quas vero. Sol. hoc mandatū conſiſtit etiā in id qđ habe-
3 bat de neceſſitate facere. ideo non reuocatur morte. Pleniſſime dixi in d. l. ij. §. ſed ſi qs. Quero l. tertius, † qđ ſi executor ſcit dominum defunctū, vtrum hoc ſolum ſufficit ad extinguendū mādatum: Uideē, ꝙ non: qꝛ cum hic loquatur alternatiue, alterum
b adeſſe ſufficit. Uñ[b] ſi ob heredē nō ꝓhibeē, poſito ꝙ ſciat executor mortuū mandatorē, executor pōt exequi. In ꝯtrium facit tex q ſequiē. j. in §. Itē ſi amicus ibi, ſꝫ ſi id fecerit. vbi ſi alterū deficit, executio impediē. Quid dicemus: Tene primā partem, ꝙ licet eū mortuū ſciat, ſi tamē non prohibeē per heredes, pōt exequi ꝑ tex. huius §. ꝛ eſt tex. ī c. ſi ſup gratia. extra de offic. deleg. lib. vj. ad hūc tex. in fi. ibi, ſed ſi id fecerit cū ſcire dñm mortuū ſubaudio, ꝛ heredes ꝓhibeāt. Itē ibi cum dicit, facere nolle. dic
4 alio modo, ꝙ per prohibitionem heredis. Et per hoc † dicebam hoc anno in q. de facto. Iudex cōmiſit cuidā vt mitteret aliquē in poſſeſſionē, ſed executor introduxit illū in poſſeſſione poſt fi-
c nitū officiū. ego dixi[c] ꝙ potuit mittere, licet ſit finitū officiū iudicis. vel iudex ſit mortuus, vt d. c. ſi ſuper gratia. qđ tene mēti.

ADDITIONES.

a ¶ Non finitur. Adde ſm Pau. de caſt. ꝙ hic tex. non eſt alibi de iure ciuili, ſed de iure cano. eſt tex. in c. ſi ſuper gratia. de offic. de leg. in. vj. Limitat tamē Ro. tex. iſtum, niſi moriens deceſſiſſet ſine herede: quia tunc etiam in terminis huius legis mandatū extingueretur, alleg. l. j. ſm intellectum Bar. ibi, de actio.

b Alex. Loſ. ¶ Unde. Puto, ꝙ ita hic legendū ſit. Unde ſi heredes non prohibent, poſito ꝛc. aliorum, niſi ita legatur, neſcio videre horum verborum ſenſum.

c ¶ Ego dixi. adde ꝙ cū Bar. cōcordat Roma. ꝛ Pau. de caſt. ꝛ ſm Ang. idem eſſet in licentia conceſſa de capiēdo debitorē. per tex. in auth. vt nul. iud. §. ꝛ hoc vero iubem⁹. quod limitat verū, cauſa cognita. per d. c. ſuper gratia. ſecus ſi ſine cauſe cognitione eſſet data licentia, vt dicitur fieri in Tuſcia vigore inſtrumenti guarentigiati: quia tunc finito officio, finitur etiam virtus dicte licentie. l. fin. cum gl. j. de penis. ꝛ nota. in l. j. de poſtulando. ꝛ predictā opinio. Bar. ipſemet tenet in l. more. de iuriſd. om. iud. ꝛ Bald. in l. ſi de interpretatione. ſ. de legi. niſi ſm eum conſuetudo eſſet incontrarium, per illum text. Idem tenet Imol. in c. quoniam Abbas de offic. delega. Specu. in tit. de lega. §. finitur. verſic. ſed pone de facto. tu adde Bald. coſil. cccx. incipi. viſis ſtatutis. lib. iiij. quid autē ſi executor eſt mortuus: an ſucedens in officio poterit exequi ſine noua commiſſione, Uide Ang. in d. §. hoc vero. ꝛ Bal. in l. conſentaneū. C. quomodo ꝛ quando iudex.

LEX XXXIIII.

a **SI me in vacuam.** Error nominis acquiſitionē poſſeſſionis[a] nō impedit: ſed error in corpore ſic. Itē diſſenſus accipiētis impedit perditionē poſſeſſionis, h. d. hec lex. No. tex. ibi, a[*] te ſ. tradēte. No. tex. ī fi. hui⁹ pri. ī bi, quodāmodo receſſit de poſſeſſiōe. Ad hāc legē opp. de l. quod meo §. ſi a furioſo. ſ. eo. vbi ſi tlteri nos acquiritur, ego tamen perdo Bicunt tamen quidā, hic tradidit conditione expreſſe, ſi alteri quereretur. Dicit gl. ꝙ non eſt verum. per tex. iſtum ibi, quodāmodo. ꝛ ſic improprietatē denotat, vt hac gl. ꝛ ipſā allegaui in l. ſi is qui ꝓ empt. j. de vſucap. Alij dicunt, ꝙ hic habuit animū ibi nō. diuinatio eſt Ultimo ſoluit gl. ꝙ hic fuit error in re, ibi in qualitate perſone, ꝛ hanc tenet Iac. de Are. ꝛ omnes. Sed eadā eſt ratio in errore in re, que eſt in errore in perſona, qa adeſt animus perdendi rem, ſed hic quādo trado tibi rem, trado tibi ſub conditione, ſi tu nō contradiceris. vel nō diſſenſſeris. ꝛ hoc probat tex. ꝛ ī ideo, quia hic eſt diſſenſuſi ex parte tua: ideo nō ꝑdo. nec tu acquiris, vt hic: ſed in d. §. ſi a furioſo. furioſ⁹ nō diſſētit, nec conſentit. ꝛ ideo non eſt iſta conditio, ideo poſſeſſionem perdo, licet ei non acquiratur. Simile in legatario: quia ei acquiritur ſi conſentit, ſed ſi diſſentit, non queritur. Item ſi non conſentit, nec diſſentit ei queritur. Barto.

ADDITIO.

a Poma. ¶ Poſſeſſiōis. Uide Alex. conſi. lxxiij. vol. ij. vbi per hoc dicit, ꝙ ſi data eſt licentia Titio de inducēdo me in peſſeſſionem alicuius fundi, ꝛ ille inducit me in poſſeſſionem alterius, ꝙ non poſſideo. Et ibi etiam querit, an teneatur de turbatione,

§. **Sed ſi nō mihi.** No. tex ibi, cū placeat ignoranti ꝛc. non habetis alia.

§. **Seruus.** [a] Ibi nā ꝛ ſeruus alienus. hoc intellige ratihabitione ſecuta, vel mandato precedente, vt j. eo. l. communis ſeruus.

ADDITIO.

a P. Pau. P. ¶ Seruus. Sequitur Alex. conſi. cx. in. fi. vol. j.

LEX XXXV.

1 ☞ Diſcuſſio quando fit, an ſufficit relatio, ꝛ an debet ſuper relatione pronunciari,

**Pritus.** Poſſeſſoriū retinende debet prius terminari, vt per hoc petitorium terminetur. h. d. No. ꝙ hic dicit, ꝓnūtiet. quod facit ad queſt. vtrū quādo fit diſcuſſio ſufficit relatio, vel debet ſu-
a per relatione pronunciari, hic tex. vult ꝙ pronuncietur.[a] Dic vt dixi in l. ſtipulatio. §. habet autē. ſ. de ope, no. nū. Quero quomodo fit iſta cōtrouerſia: Dicit gl. altero, vel vtroqꝫ agente vti poſſidetis. Ego in repe. § nihil commune. pono ſeptem modos quibus poteſt fieri iſta controuerſia, ꝛ gl. ponit aliquos modos C. de interdic. l. incorti.

ADDITIO.

a ¶ Pronuntietur. Adde poſt Alex. qui tranſire videē cū opinione illorum qui tenent, non eſſe neerſſe ſuper relatione nūtij, referētis ſe nihil inueniſſe in bonis debitoris pronūtiare, quod Ro manus conſi. ccxj. tenet neceſſariam ſentētiam ſuper execuſiōe facta per nuntium, ſimiliter ꝛ eſſe neceſſariam ſententiā declaratoriā, cum notorium eſt debitorem non eſſe ſoluendo, antequam poſſit peruemri ad fideiuſſores tenendo illā opinionem. ꝙ non ſit neceſſaria illo caſu excuſſio: quod tamen ipſe negat, ꝛ ibi tene ꝯtrariū. Tamen preſuppoſito, ꝙ nō ſit neceſſaria execuſſio, omnino vlt eſſe neceſſariam ſententiam declaratoriam inhabilitatis. Et mouetur, nam certum fore debitorē non eſſe ſoluēdo, ſm ſententias glo. ſurrogatur loco executionis: ergo neceſſe eſt, vt ſapiat eiuſdem naturam, iuxta l. ſi eum. §. qui iniurarum. ſ. ſi qs cau. ꝛ ſequatur, ꝙ quemadmodū ſuper excuſſione requiritur ſententia, ergo ꝛ eo modo ſic ſuper hoc. ſ. debitorem nō eſſe ſoluēdo Secundo mouetur per tex. in c. cum ſecūdum. de here. li. vj. vbi habetur, ꝙ vbi ipſo iure definitur propter aliquid preexiſtens ad certū actū, ſemper requiritur ſententia declaratoria ſuper preexiſtenti. Et illum tex. dicit eſſe ad hec ponderatum ꝑ Bar. in l. eius, g. j. de iu. fiſc. ꝛ Bal. in l. iubem⁹. §. ſane. de ſacro ſan. eccl. Sed in caſu propoſito, ꝓpter hoc preexiſtens ſcꝫ, debitorē non eſſe ſoluendo, deuenitur ad conuentionē fideiuſſoris, abſqꝫ alia diſcuſſione: ergo requiritur ſentētia ſuper illo preexiſtēti. Et hanc dicit eſſe nouam doctrinam.

LEX XXXVI.

1 ☞ Debitor qui obligauit creditori omnia bona ſua, ꝛ cōſtituit ſe eius nomine poſſidere, ſi poſtea vēdidit ꝛ conſtituit ſe nomine

emptoris poſſidere, dominum in emptorem non tranſfert.
1 Debitor liberato pignore, an ſtatim incipiat ſuo nomine poſſidere.

**Qui pignoris.** Debitor pſcribit p creditore poſſidentē, vt ſibi pcario ↄcedentē. h. d. No. tex. ibi cū plꝰ iuris, ꝛc. Quero
in omnibus ↄtractibus apponitur iſta clauſula, obli
gauit omnia bona ꝛ cōſtituit ſe nomine creditoris peccario poſ
ſidere: modo in inſtrumento † debiti obligaui omnia bona, ꝛ cō
ſtitui me poſſidere nomine creditoris: demū vendo vnam poſſeſ
ſionem, ꝛ conſtituo me poſſidere nomine emptoris, transfero ne
dominium in eū: Videtur ꝙ non, nec poſſeſſionē, cum poſſideā
nomine alterius, l. quamuis. §. j. ſ. ergo nec dominum. An hoc
impediat tranſlationē dominij, dicam in l. Celſus. j. de vſucap.
b †Quero, an liberato pignore ſtatim debitor incipiat ſuo nomi
ne poſſidere abſq; alia cōceptione: Dic vt j. de prec. l. ſi debitor

LEX XXXVIII.

1 Beneficium collatum abſenti, ſibi non queritur, donec ad eius notitiam peruenerit.

**Qui abſenti.** Nō perdit quis poſſeſſionem ſerui abſentis, donec ad eum
itere libertatis pueniāt. h. d. No. ex hoc pri. ꝙ benefi
1 ciū collatū abſenti † non querit, donec peruenerit ad
a eius notitiā. Dixi pleniſſime. ſ. de don. l. abſenti.ᵃ Dic vt dixi.

ADDITIO.

a ¶ L. abſenti. Adde not. in c. ſi tibi abſenti. de preb. i vj. ꝛ in c. j.
de conceſ. preb. p Iac. de Bel. in eiꝰ diſpu. in c. Peruſini elege
runt. quam ponit in auth. de col. in §. ad hec ꝗ bibemus. p Bar.
in l. fi. de conſti. prin. vbi dicit, ꝙ priuilegiū non acquirit abſenti
niſi a die ſciente. Allegat l. fin. cum gl. in ver. preſtitis. de conſu.
lib. xij. Et pro hoc dicit Ale. ſibi videri, ꝙ nō bene dixerit Bar.
in j. fi. C. de ſentē. paſ. vbi dicit ſe putare: quod ſi princeps reſti
tuat deportatū ad priſtinum ſtatum, talis reſtitutio acquiritur
etiam abſenti vigore tituli. alle. l. eius, q. ſ. ſi cer. pet. facit l. cum
pater. §. ſurdo. ſ. de leg. ij. Nam hoc videt ↄiſtum tex. ſm ipſum
ꝛ ↄ tex. in c. ſi gratioſe. ꝛ d. c. ſi tibi abſenti, de reſcrip. in vj. ꝛ cō
tra no. p Bar. in d. l. fi. de cōſti. prin. ꝛ p hanc legem dicit Ang.
mercatores debere eſſe cautos. vt literas eis tranſmiſſas, ꝛ fa
uorabiles cuſtodiant, cum fauore eis non acquiratur, niſi poſt
preſentationem, facit l. Labeo. ſ. de iureiur. vbi dicit Bar. ꝙ di
latio ſtatuta abſenti nō currit, niſi primo fuerit notificata, qđ eſt
notandum. ꝛ vide tex. ꝛ Bald. in l. ij. C. vbi in rem acti. Et p hāc
legem dicit etiam Roma. ꝙ ipſe. ꝛ quāplures alij cōſuluerunt,
ꝙ priuilegium ciuitatis nō acquiritur ignorāti. Et hanc legem
multū no. Bal. in rub. C. de dot. promiſ. Et ꝙ priuilegiū ciuili
tatis nō acquirat ignorāti tenet Pet. de anch. conſi. clxviij. vbi
etiam dicit, ꝙ non acquiritur, licet ſit deſcriptus, ꝛ non ſubeat
onera ciuitatis. De quo vide etiam Bald. conſi. ccxcix. iij. lib.

1 Dictio vt, inducit modum.
2 Dictio ne, in dubio inducit modum, ꝛ condictionē inducit, quādo apponitur aliquid quod ſit explicandum antequam quis cōſequatur emolumentum.
3 Cautela quando venditur, vel donatur res, ꝙ non poſſit alienari ꝛ ſi alienetur, dominum reuertatur ad primum.

§ **Si quis poſſeſſionē.** Poſſeſſio ꝛ dominium poſſunt ſub
conditione transferri, ꝛ defectus cōditionis impedit eius trāſ
lationem. h. d. Not. ibi, cedere. i. in accipientem trāſfere. Habe
tis hic vnā glo. multū not. Ego vēdo vel dono tibi aliquā rem, ꝛ
volo, ꝙ tu non poſſis alienare, ꝛ ſi tu alienares, volo ꝙ dominiū
reuertatur ad me, quomodo poſſum hoc facere: Nam pactū de
non alienando non impedit tranſlationē dominij, vt l. ſi ita quis
§. ea lege. j. de verb. obl. Gl. hic in verb. extiterit. dicit, ꝙ aut di
co ego dono tibi, vt tu non alienes, ꝛ tūc te alienante ego reuoca
bo per rei vendicationē. Sed ſi dico, dono ne alienes, tunc ſi ven
dis alij non poſſum reuocare, ſed ago ↄtc condict. ob cauſam, l.
ea lege. C. de condict. ob cau. Iſta. gl. reprehenditur p Dyn. in
qualibet eiꝰ parte. Primo in eo quod dicit, ꝙ ſi dono vt nō alie
nes, interdicitur dominij tranſlatio: quod falſum eſt: q2 dictio
5 †vt, inducit modum, non conditionem, l. demoſtratio. in fi. ſ.
de condi. ꝛ demon. ꝛ C. de his que ſub mo. l. j. cum glo. ꝛ ideo nō
impeditur dominij tranſlatio. l. ſi ita quis. §. ea. lege. j. de verbo.
oblib. Item quod gl. dicit de dictione ne, nō bene dicit, q2 inter
ne, ꝛ vt, nō eſt differentia, l. cum pater. §. Titio. ſ. de leg. ij. † An
3 tequam vadā vlterius, quero an dictio ne, inducat modū vel cō
ditionē. Nos habemus tex. l. cum tale. §. Titius. ſ. de condi. ꝛ
demon. vbi dicitur, ꝙ quandoq; facit modū, quandoq; conditio
nē. Aut enim p hanc dictionem ne, apponitur aliquid explican
dum, anteq; quis conſequatur emolumentum, ꝛ tunc conditio
nem inducit. Aut aliquid explicandum poſt emolumentum cō
ſecutum, ꝛ inducit modū. In dubio autē an inducat modū vel
conditionem, videtur ꝙ faciat modum. vt d. §. Titius. Et ideo
Dy. bene reprehendit glo. iſtam, q2 inter vt, ꝛ ne, non eſt diffe
rentia, quia ſemper inducitur modus, cum apponitur. circa id, qđ
poſt emolumentum conſecutum eſt explicandū. eſt ergo modꝰ,
ꝙ tu vendas, vel dones hoc modo, dono tibi rem ſub hac condi
tione, ſi non alienabis, tunc te alienante non transfertur domi
nium in te, ꝛ per cōſequens nec a te in aliū. Sed certe per hoc nō
eſt puiſum: q2 volo, ꝙ interim dominium ſit emptoris, ꝛc. Vn dic, vē
do tibi talem rem ſi non alienaueris: ꝛ ſi alienaueris, volo ꝙ do
minium reuertatur ad me, Hoc non valet: quia iſtud pactum cō
fertur in tempus quo res nō erat ſua, ſed aliena, l. Stichus ſer
3 uus. ſ. de manumiſ. teſta. Quare dicas † ſic, dono, vel. vēdo. hoc
pacto vt nō liceat alienare, ꝛ ſi ad aliquē actū alienationis per
ueneris, tunc dominiū ad me reuertatur ꝛ in eum caſum ex nūc
a cōſtituis te meo nomine poſſidere. Hic eſt not. ꝛ pulcher modꝰ ᵃ
q2 ſtatim cum incipis alienare ego dominus efficior: cum cōſti
tuis te meo nomine poſſidere. Si aūt ego dixi, ſi vēdideris, pro
cedunt predicta: q2 verbum alienaueris, denotat rem perfectā.
Sed ſi dicam alienabis, vel alienares, tunc etiam ſi nō dicatur
ad quemcunq; actum ꝛc. ſufficit, ꝛ dominiū reuertitur in me ſta
tim, cum incipis alienare, l. quidam in teſtamento. ſ. de fideicō.
libe. Itē eſt illud remedium, vt dicamꝰ, promitteis hanc rem ſpe
b cialiter mihi, tunc ſi obligasᵇ mihi eam rem, tunc impeditur
alienatio, l. creditor. in fi. ſ. de diſt. pig. ſecundum vnam lect.

ADDITIONES.

a ¶ Pulcher modus. Adde Iacob. de Aren. ꝛ Cy. in d. l. fin. de
reb. alien. nō alie. Paul. de caſt. in l. ſi ita quis. §. ea. leg. de. ver.
obie. ꝛ ibi poſui an iuramentū impediat tranſlationem domi
nij vide hic per Alex. cui adde Bal. conſi. cccxc. incip. inter tres
March. lib. iij.

b P. Pau. P. ¶ Obligas. Vide Alex. conſi. lix. vol. v. vbi aliā cautelam ponit.

**§. Si is qui Titio.** Per ſeruū hereditariū ex alia cauſa habitū res
hereditarie poſſunt queri. h. d. Glo. opponit duobus modis, ꝛ
ſoluit vt in ea. Non habetis hic alia.

LEX XXXIX.

1 Poſſeſſio re, ſequeſtrate, de partium voluntate perditur, niſi cauſa cuſtodie ſequeſtretur.
2 Sequeſtratio quibus caſibus ſit licita.
3 Sequeſtratis rebus res tempore perituris, res ipſe vēduntur ꝛ pretium deponitur.
4 Poſſeſſio rei ſequeſtrate per iudicem non perditur: quia videt facta cauſa coſtodie, niſi de voluntate iudicis aliter conſtet.
5 Sequeſter ſi perdit rem penes eum ſequeſtratā, vel in eam ſit damnum datum, an habeat aliquam actionem.

1 **Intereſſe.** Rei ſequeſtrate † de partiū volūtate pditur poſſeſſio, niſi cauſa cu
ſtodie ſequeſtret. h. d. Quero, qui. eſt ſequeſter: Glo.
dixit vt l. ſeqeſter. j. de verbo. ſigni. ꝛ l. ei apud quē. in
2 fi. cum l. ſequēti. ſ. de qoſi. Quero, in quibus † caſibꝰ ſequeſtratio
a ſit licitaᵃ: Reſponde, quedam eſt ſequeſtratio voluntaria, q̄ ſit
de partiū voluntate, ꝛ iſta ſemper eſt licita, l. ſi ſoluturus. j. de ſo
lut. l. j. ſ. depo. Quedam eſt que ſit parte inuita, ꝛ iſta non ſit regu
lariter. Fallit in caſibꝰ no. in l. j. C. de phib. ſequeſt. ꝛ l. ſi fideiuſ
3 ſor. §. fi. ſ. q. ſatiſ. cog. Quero, † iudex facit ſequeſtrari res, ꝛ ſut
res tēpore periture, quid debet fieri: Reſpondeo, debent vendi:
ꝛ pecunia in ſequeſtro poni l. litibus. C. de agri. ꝛ cenſi. ꝛ ſ. vt in
poſſeſ. leg. l. is cui. §. queri poterit. cū ſequēti ꝛ j. de requi. reis,
l. fi. Itē quero, tu dicis, quod perditur poſſeſſio rei ſequeſtrate,
4 ſi hoc eſt actū quero † quid in dubio: Dicit. glo. ꝙ in dubio pre
ſumitur actum ꝙ perdat poſſeſſio. quod tene menti. Iac. de are.
intelligit hanc legem quando ſequeſtratio eſt facta de partiūm
volūtate: ſed ſi eſt facta per iudicē videtur facta cauſa coſtodie
ꝛ ideo poſſeſſio non perditur argu. l. iij. §. fi. ſ. eo. quod euto ve
5 rum niſi de voluntate iudicis aliud appareat, textum habetis
in cap. j. extra. de ſequeſtra. poſſeſ. ꝛ fru. Vltimo quero, vtrū ſe
queſter. ſi perdit rem ſequeſtratā apud ſe vel in ea damnum da
tum ſit an habeat aliquam actionem: Text. habuiſtis in l. poſt
quam. §. Imperatori. verſ. ſz ſi nec ipſi cauere. ſ. vt le. no. ea. ibi
quiq; vtiles ꝛc. qui verſi. eſt circa finem §. alias Iacob. de Aren,
hic allegat l. is cui. §. qui legatorum ſeruandorum. in fi. ibi quod
ſi ex conſtitutione. j. vt in poſſ. leg.

ADDITIO.

a ¶ Sit licita. adde quod not. Cano. in c. ij. de ſequeſt. poſſ. ꝛ fru.
Archi. ij. q. i. j. q2 res. Ioan. Andr. in regula locupletari. in mer
cu. per Bal. ꝛ Ang. i l. ſi fideiuſſor. §. fi. ſ. qui ſatiſda. cogan. per
Imol. ꝛ Bar. in. l. Imperatores. j. de appella. An autem ille a
cuius perditionem factum fuit ſequeſtrū poſt annū efficiatur
poſſeſſor:

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

poſſeſſor,ſicut,in reali, vide in c.quoniam frequēter.vt lite non
cōteſt.ꝑ gl.i l.iij.§.fi.ſ.eo.Jmol.in c.ex literis.ꝺ dolo ⁊ cōtu.
Et an ſi reus aufugiat iudiciū,debeat res aſſignari actori,vide
Ang.⁊ Jmol.hic.Bul.de Cu.Bal.in l.ſi oleū.ſ.de dolo.⁊ qñ te
neat ille,apud quē factū eſt ſequeſtrū.vide Bal.cōſi.clxxvj.lib.
ij.Et an pretiū fundi poſſit ſequeſtrari ꝑ creditorē vēditoris,vi
de Roma,cōſi.cccclxxxviij.Et an ſequeſtrum poſſit fieri in fru
ctibus coherentibus ſolo,vide Pau.de caſt.in cōſi.ccxxxix.Et
an ſi ordinari⁹ facit ſequeſtrū iuxta cle.ad cōpeſcēdas.ꝺ ſequeſt.
poſſ.⁊ fru.poſſit ꝓpria volūtate mutare,vide Old.conſi.clxvj.

LEX XL.

1 ☞ Creditor ciuiliter ⁊ naturaliter poſſidet.

**Si de eo.** Violentia ſerui proprij quē poſſeſ
ſione non priuat.h.d.Opp.ſ.eod.l.
quod ſeruus.in fine.vbi illud quod ſeru⁹ querit vio
lenter,non querit domino.Sol.Illud eſt verū, quan
do accipit per vim poſſeſſionē alterius: ſecus ſi domini ſui .Ex
1 hac lege † habes,quod creditor ciuiliter poſſidet ⁊ naturaliter.
quod patet,quia nulla poſſeſſio perditur.Tunc enim ſi debitor
poſſideret perderet.Ad hoc facit,quod habuiſtis ſ.eod.l.j.§.ꝑ
ſeruum.⁊ l.iij.§.ex contrario.⁊ l.qui pignoris.ſ.eod.non habe
tis hic alia.

1 ☞ Poſſeſſio ciuilis ⁊ naturalis retinetur per colonum exeun
tem de poſſeſſione,ſi non animo deſerendi eam diſceſſerit.
2 Poſſeſſio naturalis perditur colono mortuo, vel eo exeunte
animo deſerendi.
3 Negligens adipiſci naturalem poſſeſſionē, perdit etiā ciuilē.
4 Negligentia quanta requiratur, vt perdatur ciuilis poſſeſſio.
Poſſeſſio ciuilis ⁊ naturalis prediorum tributariorum, perde
tur negligentia per biennium,⁊ quid de dominio.
5 Peruſini habent predia tributaria.

**Si forte.** Si colonus recedit non animo deſerēde
§. poſſeſſionis, nulla poſſeſſio perdit: ſed ſi
animo deſerendi,vel moritur.naturalis perditur:⁊ etiā ciuilis
ſi naturalem negligat adipiſci.h.d.Difficilis eſt.§.⁊ habet qua
tuor dicta per ordinē.Ibi,deceſſiſſet,id eſt,de fundo exiſſet,non
animo deſerēdi poſſeſſionē, ſecundum veram lecturā poſitā in
gloſſa.in verb.quo mortuo.⁊ dic ſcilicet,colono.Itē ibi,eam ſci
licet,ciuilē.Ibi,tunc demū perditur ciuilis.Ibi,poſſeſſionē.ſcʒ
naturalem, vacantem per mortē coloni. In verſi.aliud.dic ibi,
diſceſſerit ſcilicet animo deſerendi poſſeſſionē.⁊ hoc indicat il
1 lud verbū ſponte.¶ Primo nota,† quod per colonū exeuntem
de poſſeſſione vtraqꝫ retinet, ſi nō animo deſerēdi poſſeſſionē
2 diſceſſerit. Secundo nota,† quod colono mortuo perdit natu
3 ralis.Idē colono decedente animo deſerendi.Item nota † ꝙ q
negligit adipiſci naturalem poſſeſſionem,perdit etiam ciuilem
¶ Quero,qualiter intelligat primum reſponſum: Due ſunt le
cture.Prime,vt verbū deceſſiſſet,intelligat,id eſt,mortuus eſ
ſet,⁊ ꝙ ſequit,ꝓpter vtilitatē,⁊c.ſit interpoſitio. Secūda lectu
ra eſt,ꝙ intelligatur,id eſt,de poſſeſſione exiſſet:⁊ tunc intelliga
tur animo nō deſerēde poſſeſſionis, ⁊ hec vera. Alias,ſi dicere
mus animo deſerende poſſeſſionis,nō procederet, iſtud princi
pium,ꝑ l.ſi colonus.ſ.eo.⁊ hic tertio rñſo.Itē dicitur hic, ꝙ co
lono mortuo,nō ſtatim perditur poſſeſſio,ſed cū negligit.Que
ro,que eſt illa poſſeſſio que perditur: Naturalis non,q2 iam ꝑ
dita eſt.Unde dic, ꝙ perditur ciuilis ꝑ negligentiā naturalis.
4 Sed quero,† quanta negligentia requiratur,vt perdatur ciui
lis: Dicit glo.tantū,ꝙ obliuionem inducat. Aduertatis ꝑ obli
uionem ſolam,iſta gl,dicit, ꝙ perditur ciuilis.ſi hoc eſt verum,
ergo requiritur curſus longi tēporis,vt no.ſ.eo.l.ſi id quod.in
prin.⁊ j.tit.j.l.furtum.§.fundi.⁊ not.C.vnde vi.l.cum querebat
in prima gl.Contrarium videtur, ꝙ ſufficiat ſola negligentia ſi
ne obliuione,vt hic, Pro hoc l. quod meo.§.fin.ſ.eo.ibi,ſimul
atqꝫ ſciuero.⁊ j.eo.l.quāuis.prout ibi dicit,ab alio occupatā,⁊c
a Quid dicemus:[a] Breuiter,quando ego ſcio naturalē poſſeſſio
b nem meam vacantem occupatā[b] ab alio,ſi negligo, per modi
cum tēpus perdo ciuilem: q2 videor ſuſpicari me poſſe repelli
ar.d.l.ꝙ meo.in fi.⁊ l.quāuis.j.eo. Pro hoc j.de vi,⁊ vi ar.l.iij.
§.cum igitur.⁊ ꝙ not.in l.qui poſſeſſionē.eo.tit.Si vero ignoro
eam ab alio occupatam,vel ſcio vacantem,tunc aduerte,quan
do quis negligit naturalem tāta negligētia, ꝙ res quaſi perijt
ex hac negligentia tunc perdit etiā ciuilem ex ſola negligentia,
vt hic.Quandoqꝫ non adhibet tantam negligentiā ꝙ tota res
pereat,ſed ſolum nō vadit ⁊ tūc non perditur ciuilis, niſi ex cur
ſu longi temporis ex quo obliuio inducitur,vt l.ſi id ꝙ.in prin.
⁊ quod ibi not.ſ.eo.l.furtū.§.fundi.j.tit.j,Et ꝙ ex qualitate ne
gligentie preſumatur velle ciuilem perdere,etiam probatur in
l.qua ratione.in fi.cum ſua glo.ſ.tit.j.⁊ l.falſus.§. ſi iactū.j.de
5 furt.Sciatis † vnū,vos Peruſini habetis hic omnia predia tri
butaria ex forma ſtatuti,ſed in predijs tributarijs eo ipſo ꝙ q
negligit per bienniū, perdit naturalē ⁊ ciuilē poſſeſſionē, ⁊ etiā
dominiū,vt l.q agros.C. de omni agro deſer.li.xj.quod tene mē
ti.Incontrariū facit fortiter, C.de vſura.tranſitor.vbi dicit, ſub
latam eſſe differentiam tributariorū prediorum,⁊ non tributa
riorum.¶ Uenio ad tertiū reſponſum,dicit hic aliud eſtimādū.
Quero qualiter intelligitur: Reſpon.prout habetis aliud refer
tur ad principiū.prout habetis idem,refertur ad proxim.Sed
tunc oppo.de l.fi.C.eo.vbi per exitum coloni nō ſtatim perdo na
turalem.Sol.illa lex per iſtam intelligitur: quia per exitum per
ditur naturalis,vt hic:nō ciuilis,vt ibi.Item opp.hic innuit ꝙ
ſtatim cum alius eſt ingreſſus quis perdat ciuilem, contra in l.
clam.i fi.ſ.eo.⁊ l.ſi id,quod.§.fi.ſ.eo.quod ſeru⁹.j.eo. Sol.hec
ſm illam intelligitur hoc modo,vt perdatur ciuilis,quādo do
minus reuerſus,non eſt admiſſus,vel ſuſpicatur ſe poſſe repelli.

ADDITIONES.

a P.Pau.P.¶ Quid dicemus.Uide Felyn.in ca.licet cauſā.
ver.limita tamen.de proba.

b [a] Occupatā.Adde de hoc per Alex. qui refert ꝑ hunc text.ibi,
hereditate.fuiſſe conſultū Peruſij,ꝙ heres conficiens inuenta
rium debet i ipſo ponere res depoſitas,⁊ cōmodatas teſtatori,
repertas in domo teſtatoris:quod dicit eſſe notādum ſm Jmol.
⁊ ſequitur.vt refert Pau.de caſt.⁊ Roma hic,⁊ Bal.in l.itē vi
dendū.§.fin. de peti.here.⁊ l.fi.§.j.de iu.delib.Sed tu dic,ꝙ cō
trarium tenet Bal.eius conſi.ccccij.incip.ad euidentiā premit
to.lib.ij.ꝙ ignorans naturalem occupatam,ſi negligat per de
cennium perdat ciuilem.Ultra Alexā.hic tenet Pau. de caſt.
conſi.cxcvj.Pet.de anch.conſi.vlt.

§. **Seruum tuum.** Poſſeſſio iuſta, vel iniuſta,
abſqꝫ noua cauſa extrinſeca
non mutatur.h.d.Pulcher eſt caſus,⁊ habuiſtis ſ.eo.l.clam.in
prin.⁊ per hunc §.ponitur hic caſus.

1 ☞ L.ſi quis in tantam.C.vnde vi. requirit violentiam.
2 Exceptio dñij non repellit agētem interdicto vti poſſidetis.
3 Uti poſſidetis in interdictio admittuntur poſitiones.articuli
⁊ probationes de dominio.
4 Cautella pro aduocata,quando ſuſpicatur aduerſarium proba
re de proprietate, ꝙ faciat poſitiones, ⁊ articulos, ꝙ ipſe poſſi
det clam a te reſpectu poſſeſſionis.

§. **Si ſeruum.** In qua re nō cadit locatio,⁊ preca
rij rogatio,in ea non cadit cland eſt
nitas h.d.multū eſt difficilis §.⁊ ſubtilis. Opp.de le.itaqꝫ.§.j.
j.de fur.vbi dominus facit furtum rei ſue.Reſp.dicunt quidā
veritas eſt ꝙ furti tenetur,vt ibi:non tamen poſſidet clam.⁊ eſt
vera ſol.Alij dicūt,ꝙ hoc fecit credens ſibi licere, ⁊ ideo incidit
in cōſtitutionem l.ſi quis in tantam. C.vnde vi. non autem te
1 netur furti.Hec ſu.u.nō eſt vera,quia d.† conſtitutio l.ſi quis in
tantam.requirit violētiam:ſed hic non preſupponitur violētia
ſed clandeſtinitas bene.ergo tene primum.Item op.cōtra glo.
magnam ⁊ op.j.quod vi aut clam.l.j.§.ij.⁊ l.is, qui in puteū.§.
fi.eo.tit.vbi in re propria poteſt fieri vi aut clam.Dicit gl.aliud
eſt,opus vi,aut clam eſſe factum:aliud poſſidere vi,aut clā ⁊ eſt
vera ſolutio. Tertio oppo.precarij rogatio ⁊ conductio, conſi
ſtunt in re propria ratione poſſeſſionis,vt l ſi aliquam rem.in fi.
ſ.eo. ergo ⁊ hic clandeſtinitas reſpectu poſſeſſionis cōſiſtit,Di
cunt quidam , hic quādo conducit rem ſuam ignorans eſſe ſuā
ibi ſciebat. Hanc ſolu.reprehendit Jac. de are.q2 ſequeret, ꝙ
melioris conditionis eſſet ille qui delinquit,quam ille qui non
linquit contra non ſolum.ſ.de noxa.Quare vera ſol. eſt, ꝙ non
dicitur poſſidere clam.reſpectu proprietatis,ſed reſpectu poſ
ſeſſionis ſic,vt in lēge contraria.vide gl.in verb.teneri,que inci.
vt ſ.depo.⁊ eam tene menti,q2 eſt no.Itē opp.ꝙ ſi iſta lex ꝓce
dit,ſtatim ſequit,ꝙ exceptio dominij ſtatim repelleret agentem
interdicto vti poſſidetis: q2 ſi poſſideo clā a te, tu vincis contra
2 me interdicto vti poſ.l.j.in prin.⁊ §.fi.j.vti poſ.ſi ego† opponā
tibi exeptionem dominij,non poſſidee clā a te, vt hic,⁊ ſic repel
lā.Hoc afit eſt falſum, q2 exceptio dñij non repellit quē agētem
vti poſ.Ita dicit gl.⁊ nihil allegat.vide gl ibi.Itē op.ſi ergo eſt
verū,vt dixi in l.naturaliter.§.nihil cōmune.ſm primā lec.⁊ eſt
tex.in l.j.C.ſi per vim,vel alia imo.ſm intelle.gl.lʒ Dy.teneat cō
trariū in c.qui ad agendū.extra de reg.iu.li.vi.cōſtat tibi limita
tū: vt in d.§.nihil cōmune.Ad ſcđium rñdet,licet non ſit clādeſti
a nitas reſpectu proprietatis,[a] tñ poſſideo clā reſpectu poſſeſſio
nis.Iſtud non videtur bene dictum,q2 ille dicitur poſſidere clā
qui ſuſpicat ſibi controuerſiā fieri de iure.vel ꝺ facto,vt ſ.eo.
l.clā.i pri.Itē poſſeſſio eſt illa que dr clādeſtina nō res,vt not.
ſ.eo.l.Pōponius.§.cū quis.⁊ l.vitia.C.eo tit.Quomodo ergo,
hic dicitur poſſidere clam reſpectu poſſeſſionis non proprieta
3 tis:Pro declaratione † iſtorum tu debes ſcire, doct tenere ꝙ in
cauſa interdici vti poſ.[a] admittuūtur poſitiones,⁊ articuli,⁊ ꝓ
bationes de dominio.Ita tenet Ja. de are ⁊ Cy.refert i l.j. i fi.

C. vti poſſi. ⁊ eſt tex. ⁊ gl. in c. licet cām. extra de prob. Nō eſt, vt ſi probemus equaliter de poſſeſſione, tūc apparebit iuſtior poſ-
4 ſeſſio illius, q eſt dñs, ⁊ ſic debebit vincere. Tu ergo† aduocatus ꝯ quem fiunt articuli, ſi ſuſpicaris aduerſariū probare d ꝓprietate ſis cautus: q facias poſitiones, ⁊ articulos, ꝙ ipſe poſſidet clā a te reſpectu poſſeſſiōis. Si em̄ diceres, ꝙ poſſideret clā ſimpliciter, niſi ꝓbares, q ſicuti ſimplex condictio in dubio intelligitur reſpectu ꝓprietatis, l. ſi aliquā rem. in fi. ſ. eo. ſic in dubio ille qui poſſidet clam, intelligitur reſpectu proprietatis, niſi dicas expreſſe, ꝙ poſſidet clam reſpectu poſſeſſionis, alias perderes. Et ꝙ ſic debeat dici, habuiſtis tex. in l. ſi rē aliquā, in fi. ſ. e.

ADDITIO.

a P. Pau. P. Reſpectu. Vide Alexā. conſi. lxxviij. incip. ſed premiſſis. vol. v. dicentem hoc eſſe ſingulare dictum, ⁊ Fel. in c. licet cauſam. ver. aduerte etiam. de prob. Alex. conſi. cxviij. vo. ij. ⁊ conſi. xlv. vol. iij. ⁊ conſi. lxxxj. ver. vij. vol. iij.

LEX XLI.

1 ☞ Filius ſtans cum matre preſumitur poſſidere fundum matris iure familiaritatis, ⁊ ſimiliter fratres, ⁊ ſorores ſimul habitantes, preſumuntur iure familiaritatis poſſidere.

Qui iure. Qui ingred itur fundū ratione amicitie, vel familiaritatis, non dicitur poſſidere. Concor. ſ. de fideicom. lib. l. generaliter. ⁊
1 tota die occurrit caſus huius legis. † Nam mater ⁊ filius ſtant ſimul, ⁊ filius vadit ad fundum matris, poſtmodum cum diuideretur dicit filius ego poſſedi tanto tempore talē fundum. Ego credo ꝙ in dubio videtur ire cauſa familiaritatis, ⁊ amicitie. non vt poſſideat. Idē dico in fratre. ⁊ ſorore ſimul habitantibus, ⁊ habentibus patrimoniū indiuiſum, ⁊ frater vadit ſolus ad poſſeſſiones locādas, ⁊ fructus ſolus recolligit. Certe cōmuniter videt facere ex cā familiaritatis. ꝑ hanc legē ⁊ l. generaliter. ſ. e. Et facit optime. ĩ. e. l. proxi. expreſſius. ſ. quib. mo.
a vſuſfructus amit. l. ſi mulieri. qđ bene no. Si ergo ad vxorē aptinet res, ipſa dicit poſſidere, lꝫ nunꝙ vadat, ⁊ poſſideat ꝑ virum.

ADDITIO.

a ℭ Ad vxorem adde ꝙ ſi vxor ⁊ vir domum pariter habitarūt, nec apparet ad quem ipſoꝝ dñium ſpectet. Aug. dicit, niſi ꝑ cōiecturas appareat, ꝙ iudicandū eſt ꝑ dimidia, alle. Bart. in l. ſi duo. ĩ. vti poſſ. Sed Imol. ⁊ Ro. hic dicūt, ꝙ in dubio pſumēdū eſt pro marito cū vxor non preſumat habere ꝓpriū: l. Quintus. ſ. de dona. inter vi. ⁊ vxo. l. etiam. C. eo. tit. dicit tamē Bal. in l. vxor. C. de cōdi. inſer. ꝙ quo ad poſſeſſorium, non habet locum. l. Quintus. Itē non habet locū quādo controuerſia vertit inter mulierē, ⁊ extraneū. Et hoc caſu poſſet ſeruari dictū Angel. ſm Alex. Cui adde ad materiā. l. Quintus, qđ pulchre ꝯſuluit Angel. eius cōſi. cxlj. ⁊ ꝙ mulier poſſidēdo domū cum marito, dicatur poſſidere iure familiaritatis tenet Pau. de caſtr. conſi. cvj.

LEX XLII.

Communis ſeruus. In textu. ibi, poſſideatur, quod in dubio preſumitur. arg. l. merito. ſ. pro ſocio ſecundum Iacob. de Aren. Old. no. hic quod dixi. ſ. eod. l. proxi. tene menti.

§. Procurator. De hoc habuiſtis. ſ. eo. l. j. §. per procuratorem. ⁊ plene in l. qui mihi donatum. ſ. de donatio.

LEX XLIII.

Si quis fundum. Qui ſcit certā partē diuiſā, vel indiuiſam eſſe alienam: vel ius ali quod, eatenus non preſcribit. h. d. Not. verſi. Idē inquit, ⁊c. Ad primam particulā opp. ĩ. tit. iij. l. emptor. Solu. hic ſciebat alienā pro parte certa ⁊ diuiſa. ⁊ determinata. Ad ſecundam partem oppo. in eo quod dicit pro indiuiſo, ⁊ ignoratur locus: imo ſcitur locus, quia in qualibet gleba habeo dimidiā. Gloſſa ſoluit tribus modis: ſed tene illam ſolu. que eſt in glo. in verb. locus. que incipit ſibi ꝯ dicere. ibi, vel etiam. Item oppo. dicitur hic, ſi ſcio rē eſſe obligatā, nō preſcribo: ſed an ꝯ creditorem preſcribo: dicit glo. ꝙ non, quia ad eum malam fidem habeo. Item not. in l. ſicut. C. de preſcri. xxx. anno. in glo. que incipit mala fide. ⁊c. ⁊ eſt caſus in l. qui balneum. in fi. ſ. qui pot. in pig. hab. tene menti.

LEX XLIIII.

1 Poſſeſſio habet ius. ⁊ nu. 3.
2 Memoria hominis labilis eſt.

Peregre. Per obliuionem partis loci, in qua res mobilis cuſtodie cauſa reponitur, poſſeſſio non perditur, niſi per alium occupetur. h. d. hec lex. Not. tex. ibi, † ius poſſeſſionis. ex quo ha-
2 bes, ꝙ poſſeſſio habet i⁹. Not. † ꝙ memoria hominis eſt labilis. vt hic, ⁊ l. ij. §. ſi quid autē. C. de vet. iur. enu. Et intelligas, ꝙ infirmitas memorie non facit perdere poſſeſſionem. Et intellige non adhibita diligenti inquiſitione: ſecus ſi eſſet adhibita diligens inquiſitio, ⁊ non recordaretur: quia tunc perderet. Itē no,
3 † ꝙ poſſeſſio eſt ius, ⁊ hunc tex. doct. alleg. ego allegaui pluries. ſ. eo. l. j. habetis. ĩ. eo. l. poſſeſſio. §. j.

§. Queſitum. Ex cauſa peculiari queritur vſucapiendi conditio, ⁊ poſſeſſio domino ignoranti ex alia poſſeſſione, ſed vſucapio tantum ſcienti. h. d. Glo. j. remittit ad id quod dicitur in l. j. §. item acquirimus. ſ. e.

1 ☞ Colonus ſi eijcitur de poſſeſſione, vel de ea exijt, quando preiudicat domino.
2 Poſſeſſio quam retineo per me, ⁊ illa quam retineo per colonū cur differant.
3 Vſufructuarius ſi deijcitur, dominus non priuatur ſua poſſeſſione ciuili.
4 Colonus conuentus, ſi reſpondet non nominando dominum, ſi fuit condemnatus, ⁊ facta executio non preiudicat domino.

§. Quibus explicitis. Poſſidens ſuo animo, ⁊ corpore, ⁊ demū ſciens, poſſeſſionē amittit: ſecus in eo qui ſuo animo ⁊ corpore alieno poſſidet. h. d. Dicitur hic, ꝙ poſſeſſionē ꝙ retineo per co-
a lonū, demū colono[a] expulſo, amitto. Oppo. † de l. fi. C. eo. vbi fa-
1 ctū ſerui, vel coloni, [b] nō preiudicat domino. Sol. quatuor ſunt,
b vt ibi not. Quandoqꝫ colonus exijt animo deſerende poſſeſſionis. ⁊ tūc dominus nō priuat ciuili. l. ſi de eo. §. j. ſ. e. Quandoqꝫ colon⁹ perdit, ⁊ tunc idē: q domino nō preiudicat, vt ibi. Qñqꝫ colonus deijcitur, vel alij traditur vere, tūc dominus poſſeſſione priuat. Ita debet intelligi hic, vbi dicitur, ꝙ ignorantes perdi-
2 mus, vt ſ. e. l. iij. §. quod ſi ſeruus. Quero, † que eſt ratio differētie inter poſſeſſionē quam retineo per me, ⁊ illam qꝫ retineo per colonum: Gl. dicit, ratio eſt iſta: q quando poſſideo corpore coloni, ⁊ animo meo poſſideo, tunc mea ciuilis ſequitur naturalē, quam retineo per colonum: ideo colono expulſo, vtraqꝫ perditur, vt hic, ⁊ l. j. §. nō alij autem. de vi, ⁊ vi ar. ⁊ vide quod not. ibi. Quero, quid ſi alius nō ingrediatur vere, ſed ficte: q dominus cōſtituit ſe alterius nomine poſſidere. dic vt dixi ſ. eo. l. ꝙ meo.
3 in prin. Quero, † ſi vſufructuarius deijciatur an dominus ſua ciuili priuetur. Reſpon. non. Gl. habetis. ſ. vſufru. quem ad. c. l. j. in fi. ⁊ ĩ. de vi, ⁊ vi ar. l. iij. §. vnde vi. Ratio, q vſufructuari⁹ nō
4 poſſidet naturaliter pro domino, licet pro ſeipſo. Quid ſi † colonus fuit conuentus, ⁊ ipſe reſpondet non nominando dominum in iudicio, ⁊ fuit condemnatus. ⁊ facta eſt executio, an noceat domino. Inno, ꝙ non, extra vt lit. non conteſt. c. quoniam frequenter, circa fi. Sed contra eum videtur. ſ. ad exhib. l. Celſus. §. j. ⁊ ſ. e. qui vniuerſas. §. item cum pretor. ſed alias dicam.

ADDITIONES.

a ℭ Colono. Vide Arc. conſi. xxxij. in prin.
b ℭ Coloni. Adde de hoc pulchre Bal. ꝯſ. cclxxv. ⁊ ccclxxx. iij. ll.

LEX XLVII.

Si rem mobilem. Poſſeſſio rei mobilis contrectate furandi gratia perditur ab ignorante: idem ſi rei cuſtodia amittat, ſec⁹ in animali rationabili ſtatuitur. hoc dicit. Not. tex. ibi, illa ratio, ⁊c. ℭ Opp. de leg. iij. §. ſi rem. ſ. e. Vera ſolu. eſt, quod hic in animo conſtituit, ⁊ cepit contrectare. ℭ Item op. hic videtur. quod ſolo animo queratur: ſed intelligo, quod non animo ſolo: ſed interueniente contrectatione. ℭ Item oppon. quia mutauit ſibi cauſam poſſeſſionis, contra l. non ſolum §. j. ĩ. titu. j. hic interuenit cauſa extrinſeca, ſcilicet furtum.

LEX XLVIII.

1 ☞ Inſtrumentum non probat traditionem poſſeſſionis, niſi fiat in conſpectu fundi.
2 Clauſula appoſita in inſtrumento dotali, confeſſus eſt ſe habuiſſe ⁊ recepiſſe, probat traditionem eius, ꝙ tunc temporis celebrari poſſit.
3 Inſtrumentum in quo dicitur, ꝙ pretium ei dedit, ⁊ numerauit non redarguitur de falſo, licet teſtes qui interfuerunt inſtrumēto, dicāt, ꝙ nulla numeratio interuenit: quia illa verba verificantur ex actu ficto.

a Predia. [a] Hec lex legitur duobus modis. Primo ſm glo. alio modo ſecundum Iac. de are. vtraqꝫ lect. eſt not. Per inſtrumentū non probatur poſſeſſionis traditio. Item inſtrumentū verificatur ex actu vero, non ficto. h. d. ℭ Opp. ꝙ iſta lect. contineat falſum, q dicit ſe tradidiſſe cum non tradiderit. Dicit gl. intellige, ꝙ primo erat ingreſſus ſeruus, ⁊ poſtea ſcribit ſe tradidiſſe: ⁊ ſic per iſtum actū fictum verificātur illa verba, ſe tradidiſſe
1 ℭ Opp. ꝙ † per iſtrumentū probetur traditio poſſeſſionis, vt l. ij. C. eo. Sol. Si inſtrumentū fit in fundo, vel in conſpectu fundi per

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

dí per inſtrumentum poteſt, probari traditio,vt ibi:ſed ſi nō ſit
in conſpectu per inſtrumentum nō probatur traditio,niſi aliud
actus probetur.Hoc tenet Hy.Ja.de Are.⁊ Ildr.⁊ Spe.itit.
2 de emp.⁊ ven.§.j.¶ Iſta lex facit ad q.no.† pone,ꝙ i inſtrumē
to dotali dr̄ ſic talis marit⁹ fuit cōfeſſus ſe habuiſſe recepiſſe cē
tum qui promiſit patri reddere:dicit filia,actio eſt mea:qꝛ fuit
ꝯfeſſus ſe habuiſſe ⁊ recepiſſe,⁊ ſic traditio preceſſit,vt hic:⁊ per
cōſequēs non poteſt ſolui patri tamen veritas eſt ꝙ ſi eſt aliqd
cōfeſſus habuiſſe,quod poteſt tū temporis celebrari,preſumi-
tur factū,tūc,vt patet ex precedēti theorica.Dixi.j.de ver.obl.
l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.⁊ ſ.ſol.mat.l.poſt dotē.Mo
do in propoſito, enumerato tempore inſtrumenti potuit inter
3 uenire,preſumitur tūc interceſſiſſe.¶ Item facit † ad aliud,[b]
b dicit inſtrumentū,Seius dedit ⁊ vendidit.Titio fundum p p̄
tio centū,ꝙ pretium dedit ⁊ numerauit Teſtes,qui iterfuerūt,
in inſtrumēto dixerunt,ꝙ nulla pecunia interuenit,an iſtrumē
tum poſſit redargui de falſo.Jac.but.diſputauit hāc q.⁊ deter
c minauit,ꝙ iſta verba verificantur ex actu ficto [c],ſicut ex vero:⁊
ideo licet non interueniat actus verus.ſ.numeratio vera tamē
d ad hoc eſt caſus hic licet ipſe non alleget.¶ Secundo [d] modo
legit ſecundum Jac.de Are.⁊ ſecundū eum hoc dicit.Per in
e ſtrumentum in quo continetur aliquem tradidiſſe,[e] non proba
tur traditio [f], ſed illa verba importānt ſolum licentiam intran-
di propria authoritate,hoc dicit,et ſecundū hoc epiſtola preſ-
ſit traditionem.¶ Oppo.non poteſt ſibi queri poſſeſſio rei do-
nate iuſſe,non interueniente voluntate domini,l.ſi ex ſtipulatio
ne.ſ.co.Sol.hic fuerunt illa verba,ſe tradidiſſe que important
vt ingrediat ſua authoritate vt hic ſecundū.Jacob.de Are.e
Specu.in tituto.de emptio.⁊ vendi.

ADDITIONES.

a ¶ Predia.Pro cōcordia.Aduerte,ꝙ licet notarius dixerit,
in inſtrumento vēditionis,ꝙ Seius vēdidit ⁊ tradidit Titio fū
dū pro pretio centū,⁊ ꝙ pretium ei dedit ⁊ numerauit teſtes q
interfuerunt in inſtrumento dixerunt,ꝙ nulla fuit numerata pe
cunia tunc,tamen inſtrumentū per hoc nō poteſt redargui,de
falſo,ita Bar.in hac.l.predia.contrariū tū tenere allegatur iu
l.ſi ex cautione.C.de nō nu.pec.Sol.Bar.ipſe ſoluit,eo qꝛ in
hac l.predia.Bar.loquit quādo notari⁹ appoſuit talia verba,
que poſſunt importare fictionē:vt ſ.in prima opi.qꝛ poteſt in-
telligi ꝙ pretiū eidē vēditori dedit ⁊ numerauit.ſ.qꝛ cōfeſſus
eſt habuiſſe.⁊ ſic fingit datū ⁊ numeratū:i l.ſi ex. ex cautione.
Bar.loquit,qñ appoſuit talia verba que de neceſſitate iportāt
verū actū numerationis:puta qꝛ dixit,quos i veritate numera
uit in preſentia mei notarij,⁊ teſtium infra ſcriptorū,que verba
de neceſſitate important verū actū numerationis,vt etiā Bar.
in l.alio.iſt.ff.de ali.⁊ ci.leg.⁊ ita ſaluat.Cep.Veronē.cōſi.ſuo,
x.ij.inci.in Chriſti nomine ⁊c.conſultationis caſus ⁊c.cōſi.iiij.
b P.Pau.P.¶ Facit ad aliud Contrariū tenuit ipſe Bar. in
l.ſingulari.ff.ſi cer,pe.⁊ Jaſ.ibi dt cōez opi eſſe ecōtra Bar.hic.
c ¶ Ex icto.Adde ſecundū Alex.ꝙ Angel.tenet contrarium per
no.per glo in l.ſi ex cautione.in glo.magna,quam omnes doc.
cōmuniter.ſequt.⁊ per gl.in l.ſi ex pretio.in verbo,cōſcriptum.
C.ſi cer.pet.que dicunt ꝙ notari⁹ nō dꝫ.apponere dicta verba,
niſi interueniat numeratio.Non ob.iſte tex.loquitur in epiſto.
la,⁊ ſicut in ſcriptura priuata,in qua tātum operantur illa ver-
ba,habui,⁊ cepi:quia per neutrū ſermonem probatur,niſi ſola
confeſſio.Alleg.l.creditor.§.ſepe.j.de ſol.Et cū dicta opi.An.
tranſit Jmo.Pau de caſt.⁊ Ro.hic.Et ꝯtra Bar.tenet.Jmol.
communiter Cano.in c.ſi cautio.de fid.inſtr.⁊ Bal.in l.fin.C.
cōmunia vtri.iud.Jmo.in l.ſi debitorem.j.de noua.Bal.in l.j.
C.de his que in frau.cre.vbi etiam querit,quid ſi Titius eſt cō
feſſus recepiſſe centum a Sēpronio,que vere habuit ⁊ recepit,
in preſentia mei notarij.⁊ reuera pecunia erat in marſupio,an,
per hoc notarius incidat falſū:Et dicit Alex.ꝙ eſt queſtio quo-
tidiana.Lu adde,ꝙ Bal.conſi.ccxlvij.incip.premiſſo ſtatuto.
ad lib.j.in fi.iij.lib.dicit,ꝙ pecunia poteſt ſolui in ſacculo,⁊ di-
citur numerata,ſi partes confitentur,licet tabellio cautius fa-
ceret ſi videret actum numerationis,⁊ ipſam pecuniam.Alle.l.
adhuc intereſſe verſi.ſi vero ſimul in ſacculo ſoluit.ſ.de vſufru.
d P.Pau.P.¶ Secūdo.Vide Alex.cōſi.x.⁊ cōſi.ſeq.vol.iiij.
Roma.¶ Tradidiſſe.vide Are.conſi.xvij.⁊ xlj.⁊.clx.⁊ Alex.
ciiij.cōſi.vol.ij.⁊ xxviij.eo.volu.ij.⁊ omnino Rom.conſi.ccccix.
in vj.dub.vbi loquitur etiam in rebus mobilibus ⁊ nō ſolū quā
do in inſtrumento adeſſet verbum.trado ſed etiam verbum cre
do ⁊ exhibeo.⁊ nuuquid propter hoc verbum exhibeo p̄ſuma
tur preſentia rerum de quibus loquitur inſtrumentum,⁊ cccc-
lxxxij.in j.dubio.vbi loquitur in verbo aſſigno,⁊ in beneficiali-
b⁹.Socymus conſi.xciij.vbi loquitur in vno dubio,⁊ de verbo
conſigno:⁊ de verbo cncoedo.

LEX XLIX.

**POſſeſſio.** Iſta vera expōe plene, C.eo.l.j.⁊
l.deniq;.⁊ l. ſciēdū.ſ. ex quib.cau.
ma.Plene examino illa verba in repet.l.ſi is qui p
emptore.j.tit.j.
1 ☞ Poſſeſſio eſt iuris.
2 Exiſtens poteſtate alicuius,an poſſideat.

**§. Qui in aliena.** No.ꝙ † poſſeſſio eſt iuris.Et di
cit gl.id eſt,animi.Sed certe a
nimus eſt facti,l.bone fidei.in fi.ſ.tit.j.licet cōtra videatur in l.
pro herede.ſ.de acqui.here.vbi dicit,aditio non tam eſt facti,ꝗ̄
animi eſt,⁊ ſic innuit,ꝙ animus nō ſit facti. Sed ego reſpōdebā
non tā facti.ſ.alterius,ꝗ̄ animi:vnde vult dicere.eſt poſſeſſio iu
ris.ſ.ciuilis,per ſpecies diſtinguendo.Habuiſtis not.ſ.e.l.j.§.
2 per ſeruū.⁊ dixi ſ.eo.l.iij.in pri.¶.Quero,† an is qui eſt in po
teſtate alterius,poſſit poſſidere:Reſpondeo, Aut eſt ſeruus,⁊
tunc cum poſſeſſio ſit iuris,non queritur ſibi,ſed dn̄o:vt d.l.j.§.
item acquirimus.ſ.eod.⁊ idem in monacho,qꝛ quicquid iuris
querit,acquirit monaſterio,vt in aut.ingreſſi.C.de ſac.ſan.eccl.
ſed in filio dic,vt in gl.no.dicitur.

1 ☞ Actio perſonalis nō queritur per procuratorem niſi ceda
tur poſſeſſio ⁊ dominium ſic.
2 Domino queritur per procuratorem ſine ceſſite,ſi procurator
non reperitur qui cedat.
3 Stipulatione facta per procuratorem in inſtrumēto guarenti-
giatio,ꝙ ex forma ſtatuti habet executionem, queritur domino
ſine ceſſione.
4 Procurator acquirit directo domino ſine ceſſione in inſepara
bilibus a perſona.
5 Procurator promittēs procuratorio nomine domini, obligat
dominum actione vtili.

1 **§. Et ſi poſſeſſio.** Poſſeſſio †,⁊ dn̄ium queruntur
per procuratorem:actio perſo-
nalis non querit,niſi cedat.h.d.¶ C. pp.ſ.de act.emp.l.Julia-
nus.§.ſi procurator.⁊ l.ꝙ procurator ex re.ſ.de pcu.Sol.itel
ligas,ꝙ hic emit,non ex re dn̄i,alias domino ſine ceſſione quere
2 tur vt hic.ita itelligit Pet.⁊ omnes.¶ † Quero,quid ſi procu
rator non reperit qui cedat Reſpondeo,ſine ceſſione queritur,
vt no.in l.damni infecti,§.fi.de dā.inſec.⁊ l.j.⁊ ij.ſ.de inſti.⁊ l.j.
3 C.de act.⁊ obl.⁊ l.ſancim⁹.§.fi.C.ad Tre. Pone,Peruſij † eſt
a conſuetudo ⁊ ſtatutū,ꝙ inſtrumentum guarentigiatū[a],ſeu con
feſſionatz,in quo continetur preceptū notarij precipiētis parti-
bus,ex iuriſdictone ſibi a ſtatuto conceſſa,habent executionem.
Modo quidam agebat ex illo inſtrumēto,opponebatur,ꝙ non
erat facta ceſſio , ⁊ ſic non poterat agi ex ſtipulatione facta per
procuratorē in illo inſtrumento. Ego dixi, ꝙ preceptū notarij
operat perinde,ac ſi eſſet inſtrumentū factum in iudicio p pro-
curatorem,vbi queritur ſine,ceſſiōe l.in cauſe.i fin.ſ.de,procur.
4 ¶ Quero.† quid in his que coheren perſone, ita ꝙ nō poſſunt
cedi vt vſuſfruct⁹:modo procuratori procuratorio nomine meo
ſtipulatur,vt vſuſfructus,vel accepit vxorē procuratorio nomi
ne meo,an queritur ſine ceſſiōe:Ego dico,ꝙ in iſtis iuribus in-
ſeparabilibus a perſona procurator eſt nudus miniſter,⁊ acqui
rit domino directo.Hic eſt tex.no.in l. qui ita.§.j.ſ.ad Treb.⁊
5 ibi dixi,qđ no.¶ † Ulterius queritur,ecōuerſo, ſi procurator
promittat procuratorio nomine domini,vtrum dominus obli-
getur:Reſpōdeo,ꝙ ſic vtili.Quod dic vt l.ſi cum venditor.i fi.
ſ.de euic.⁊ l.Julianus.§.ſi procurator.ſ de act.emp.⁊ l.in eū ſ
princi.ſ.de inſti.Et circa predicta vide que dixi in l.ſtipulatio
iſta.§.pen.j.de verb.obli.

ADDITIO.

a ¶ Guarentigiatum,Adde Ro.conſi.lxxxvj. vbi allegat Bar-
tol.hic,⁊ in conſilijs.Et vida etiam Bal.conſi.vigeſimoſecun-
de.in fi.ij.lib.

LEX LII.

1 ☞ Petitorio ⁊ poſſeſſorio ſiquis egit ſimul ,in caſu quo pōt,⁊
obtinuit , ſi eſt appellatum in petitorio executio fiet in poſſeſ-
ſorio.
2 Petitorio qui ſuccubuit,⁊ in poſſeſſorio obtinuit,quando fiat
executio in poſſeſſorio.

**PErmiſceri.** Lex iſta ex gloſ .noſtra poteſt
intelligi tribus modis , ſcd̄m
glo.licet difficulter.Et ſecundo primam glo.ponitur,
quomodo quidam egit poſſeſſorio , an ſententia lata
in poſſeſſorio preiudicet in confeſſoria,ꝗ̄ pro vſufructu propo-
nitur.Et iuriſconſultus dicit,ꝙ nō:qꝛ eſt ſeparata cauſa poſſeſ-
ſionis ab vſufructu,vt proprietas ab ipſa poſſeſſiōe ⁊ ſic poſito

vno non ſequitur aliud: ⁊ ſic remoto, vno non remouetur aliud q̄ꝛ poteſt eſſe apud diuerſos, vt patet ex text. Et hec lect. probatur infra de exce. rei iudi. l. ⁊ an eadem. §. fin. ⁊ hec lectura tãgitur in gl. j. in verbo, cauſas. ¶ Secũdo modo legitur ſic, Queritur, an vſufructus poſſit eſſe ſine poſſeſſione: Et rñdetur, ꝙ ſic q̄ꝛ permiſceri, ⁊c. quemadmodum, ⁊c. ¶ Item queritur an ciuilis poſſeſſio dñij impediatur per vſumfructum, vel econuerſo vſufructus per ciuilem poſſeſſionem: Reſpondetur, quod non ibi, neq̃ impediri, ⁊ cetera ⁊ iſta colligit. ſuper verbo, confũdi oportet. ¶ Tertio modo legitur, vt queratur, ſi alius hꝫ vſumfructũ, an dñs ciuiliter poſſideat. Et reſpondet, ꝙ vſufructus non dꝫ permiſceri cum poſſeſſione ciuili, ſicut nec ꝓprietas. Et ideo poſſeſſio ciuilis dñi non impedit per vſumfructũ, nec vſufructus per poſſeſſionem dominij. ¶ Et ſm̃ hoc tota iſta lex ponit vnum caſum. Et iſta lec. colligitur ex gl. parua poſita ſuper ver. poſſeſſionis. Et facit hec lex ad eas q̄ dixi in l. naturaliter.
1 in prin. l. e. ¶ Querit † Dy. aliquis egit petitorio ⁊ poſſeſſorio ſimul in caſu in quo põt, ⁊ ab tinuit in vtroq̃: appellatũ eſt in pe
a titorio, an fiat executio in poſſeſſorio. [a] Et Dy. dt, ꝙ ſic. q̄ꝛ nihil
2 habet cõe, vt hic, ⁊ ſ. e. l. naturaliter. ſi. nihil. ¶ Sꝫ pone † ꝙ in petitorio ſuccubuit, in poſſeſſorio obtinuit: querit an fiat executio in poſſeſſorio: Et dic, aut ſuccubuit, q̄ꝛ nõ probauit, ⁊ fit executio in poſſeſſorio. aut ſuccubuit, q̄ꝛ reus probauit ſe dominũ, ⁊ tũc non fit executio, q̄ꝛ obſtat regula, dolo facis, ⁊c. Et hoc tangit Cy. in l. incerti. C. de interd. ⁊ Opp. in tit. de peti. ⁊ poſ. ⁊ debeo intelligere in poſſeſſorijs, quibus põt obijci exceptio dñij: non autem in alijs, vt diximus in d. §. nihil. ⁊ no. per eundẽ Dy. in c. qui ad agendum. extra de reg. iur. lib. vj.

ADDITIONES.

a ¶ Poſſeſſorio. Adde ad dicta Bar. hic ſingularem limitationem, quam ponit Aret. in c. fi. de iudic.

## §. Spectes.

Duobus modis legit in gl. Primo, ꝙ qñ pretor aliquẽ immittit, eſt plus quã quando priuatus reſtituit q̄ꝛ pretor immiſſũ tuet. Et hec lect. tangitur in prima ⁊ ſecunda gl. ⁊ in princi. vlti. Et ſm̃ hoc quod dicit ſpecies inducẽdi in poſſeſſionẽ eſt prohibere ⁊c. expone inducẽdi id eſt pars inductionis vel. i. vni ſpeciei conuenit, ſcd̃m Jac. de are. ¶ Secũdo lex tur ſm̃ No. vt tota loquatur in pretore, vt patet in fi. vlti. gl. ¶ Tertio legitur ſm̃ Jac. de are. Duplex eſt modus inducẽdi i poſſeſſionẽ a pretore. Primo, cũ dat
a alicui licentiã [a] ingrediendi ſua authoritate, prohibet ei vim fieri, qđ eſt plus, quã ſi fiat a priuato. Secũdo modo. ſ. ꝙ iubeat reſtituere dato executore, l. is cui. §. miſſus, vt in poſ. leg. tũc enim nõ poteſt ingredi ſua authoritate, l. fũdi. in prin. ſ. e. ti. Quarto, ſm̃ Jac. de are. ꝙ duobus modis pretor poteſt mittere in poſſeſſionẽ, ⁊ iubere poſſidere ex ſecũdo decreto, quo caſu inhibet poſſidẽti vim fieri, ⁊ ſi contra faceret, tenet, l. damni. §. pen. ſ. de dã. infec. Alius eſt qñ pretor condẽnat quem ad rei reſtitutionem. tunc facta reſtitutione ſi poſtea moleſtet, non tenet ex ſententia, nec iudex ⁊ vigore illius iudicij ſe intromittit, vt hic, ſecundũ Jac. de are. quod puto verum: q̄ꝛ ſola facti traditione liberat, ⁊ no. ſ. de procu. ¶ Pomponius. §. ſed ⁊ is. i fi. gl. magne. Et predicta tene menti.

ADDITIO.

a Claud. d Seyſſel. ¶ Licentiam. Dicit Bal. in l. j. in fi. C. cõmunia de leg. in j. lectu. ꝙ ſi teſtator dicit in teſtõ, legatarijs vim fieri vero, ꝙ intelligit ets dare autoritatem accipiendi legatum propria autoritate. ꝙ dicit nõ reperiri alibi. ⁊ ſimpliciter ſequit Rom. in repe. aut. ſimiliter. C. ad legẽ falci. ⁊ Alex. i l. nemo poteſt. de eig. i ⁊ hunc intellectum ad hunc tex. ponit hic Cuma.

LEX. LIII.

## Aduerſus.

Vera lec. eſt, vt itelligat iſta lex in interdicto vti poſſidetis. ⁊ gl. ponit exẽpla. Primo in interdicto vti poſ. ⁊ verũ eſt exemplum. Itẽ ponit in interdicto, vnde vi. ⁊c. Sed illa lec. nõ cõgruit litere, q̄ꝛ talis vitioſa poſſeſſio prodeſt aduerſus eum, qui vitioſe poſſidet, l. cum a te. de vi, ⁊ vi arma.

De vſucapionibus & vſurpatio. Titu. ii.

¶ Dictum eſt. ſ. de acquir. poſſ. verum, quia vſucapio eſt cauſa acquirende poſſeſſione, l. ſine poſſeſſione. j. eo. ideo de vſucapionibus ponit. Verum quia vſucapio interrumpitur, ideo ponit de vſurpationibus. Et quid eſt vſurpatio, idem eſt quod interruptio.

LEX I.

1 ☞ Equitas ſcripta quando prefertur rigori ſcripto.
2 Juri preſcribendi quando renuntiari poſſit per pactum.
3 Renuntiari non poteſt ſtatuto quod ſi debitor ſteterit per decennium quod debitum non petierit, non audiatur.

## Bono publico

Oppo. ⁊ videt qo prima lec. non ꝓcedat, q̄ꝛ equitas ſcripta prefertur rigori, l. j. C. de leg. ⁊ l. placuit. C. de iudi. Sed cõtra iſtam regulam habemus equitatẽ ſcriptam, l. naturaliter. ſ. do cõdi. inde. ⁊ l. iure nature. j. de reg. iu. Sol.
1 Dyn. † ꝙ quando ambo ſcripta ſunt in ſpecie, tunc vnũ prefert alteri ſecus quando vnum eſt in genere, aliud in ſpecie, Iſtam ſol. ponit Dy. in c. poſſeſſor. extra de reg. iur. li. vj. ⁊ Cy. C. de legi. l. j. Op. de l. cũ in fundo. §. ꝙ ſi mulier. ſ. de iur. do. Solue vt
2 ibi. ¶ † Quero, an per pactũ [a] poſſit renunciari iuri preſcriptio-
a nis: Et videtur ꝙ non, q̄ꝛ cum ſint inducte ad publicam vtilitatem, vt hic, ergo ⁊c. l. ius publicum. ſ. de pac. Sed dic, ꝙ vſucapio ⁊ preſcriptio. x. alias. xxx. anno. pacto tollitur, non directo,
b ſed q̄ꝛ inducit malam fidẽ, [b] ⁊ ſic facit ceſſare ea que ſunt de ſub-
c ſtãtia preſcriptiõis. Et hoc tenet Dy. ſ. de leg. j. l. nemo poteſt. Quedã eſt preſcriptio. xxx. anno. ⁊ iſta currit odio negligentis [c] nõ fauore preſcribentis, l. fi. in fi. C. de edi. diui. Adri. tol. ⁊ no. p Dy. in c. poſſeſſor, extra de regu. iur. lib. vj. ideo nõ põt ei renunciari, vt ſ. ad Maced. l. tametſi. ⁊ ꝙ ibi no. ⁊ q̄ꝛ pro bono publico ⁊c. Facit quod no. C. de iud. l. q̄ꝛ properãdum. §. ⁊ ſi quidẽ Nec ob. ꝙ pacto remittitur, ⁊ interrũpitur, ergo multo magis impeditur inchoari, vt l. cum notiſſimi. § ⁊ ſi quis. C. de preſcrip. xxx. anu. q̄ꝛ tunc per pactum ceſſat negligentia. Quedam eſt preſcriptio inducta principaliter fauore partis, ⁊ illi poteſt renunciari, vt l. qđ ſi nolit. ſ. ſi quid ita ſ. de edi. edic. Et ex pre-
1 dictis videtur, † ꝙ ſtatuto quod dicit ꝙ ſi creditor ſteterit per decem annos, quod non petierit, quod non audiatur, non poſſit renunciari, quia odio negligentis.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ An per pactũ. Adde Bar. in d. l. nemo poteſt. Adde ꝙ Bal. in c. j. §. pretera de cap. Conrad. dixit ꝙ ſi cõtrahentes, vel teſtator iuſſerit ſoluere nulla preſcriptione obſtãte videtur ꝙ in infinitũ extendat. d. l. qđ ſi nolit. §. ſi qđ ita. ſ. de edil. edic. Bal. in l. j. de ſen. que pro eo. tenet cõtra Bar. hic ⁊ in d. l. nemo põt ⁊ ſubdit Bal. in d. l. j. quid ſi iſta verba ponerẽt in reſcripto, vel priuilegio: de quo dic vt no. in aut. quas actiões. C. de ſacroſan. eccleſ. queſiuit etiam, ſi iſta verba proferantur a ſtatuto ciuitatis, verbi gratia, dicit ſtatutum, ꝙ inſtrumentũ publicum mandetur executioni, non obſtante aliqua exceptione, quid iuris: Vide omnino per Lud. in rub. de arbi. Et ꝙ valeat ſtatutũ tollens preſcriptionem, tenet Bar. in l. receptitia. C. d cõſtit. pec. Et ibi etiam d pacto, vide gl. in c. j. §. preterea. ⁊ quod no. Bar. hic in fi. ⁊ no. ꝙ nunquã intelligitur ſtatutum excludere pſcriptionẽ, in cuius contrarium memoria non exiſtat, ſm̃ Bal. in l. j. C. de preſcript. xxx. anno. ⁊ in l. j. C. ne rei dominice, vel tẽplo. ¶ Adde, an ſtatutum dictans, ꝙ inſtrumenta mittantur executioni, nulla preſcriptiõe obſtãte, tollat preſcriptionẽ lõgiſſimi temporis, Abb. conſi. ciiij. ij. lib. Et an ſtatutũ tollens exceptionem preſcriptionis extendatur ad preſcriptionem iam completam vide Pau. de ca. conſi. ccxci. ⁊ de qua preſcriptione intelligitur per Bal. conſi. cccxix. iiij. lib.
¶ Claud. de Seyſſel. Adde ꝙ notabiliter voluit Ang. in aut. vt eccl. Rom. cent. ann. gaudeat pſcr. circa fi. vbi vult. ꝙ partes p pactũ nõ pñt paciſci vt nulla eis obſit vel currat preſcriptio: tñ bene pñt paciſci, vt nõ currat eis, niſi ſpatio cent. ann. ꝙ ꝑpetuo no. Vide plene p Alex. in l. nemo poteſt. i pen. col. ſ. de lega. j,
b ¶ Inducit malã fidẽ. Et vide Bal. in l. ij. in ver. ⁊ not. C. d edil. act. Adde qđ no, Bal. i aut. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. ⁊ in l. j. in fi. de tẽp. ap. alias. l. fi. in §. fi. Sed. ã ſit dare cautelã. ꝙ ipſa preſcriptio cui renũciari non põt, ſaltẽ tollatur in effectu, Ange. hic vnam dedit, contra quam tenet Bald. in l. qđ ſi nolit hic alleg. Et ita refert. fuiſſe iudicatũ Peruſij, ipſo exiſtẽte aduocato, licet Bar. ⁊ vnus alius eſſet pro parte contraria. Et ſequitur hic Ludo. alium ponit Ang. licet illam nõ firmet i l. cum ſtipulatus ſim mihi a Proculo. de ver. obl. quam ipugnat hic Lud. Sed vera poteſt dari, que colligit ex his, que voluit Bal. in l. ſicut in annos quib. mod. vſufru. amit. quã approbat Bal. in l. ij. C, vt in poſ. leg. in l. vnica. in prin. de cad. tol. ⁊ ſequit Ludo. hic Bar. etiã in d. l. nemo poteſt. Et iſtis adde Bal. in l. j. C. de ſen. que pro eo quod intereſt. circa materiã ifinitatis. ⁊ Bal. in l. centurio. in fi. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ in l. itẽ illa. ſ. de cõſti. pe. ¶ Adde, an preſcriptioni poſſit renunciari, Roma. conſi. ccj.
c ¶ Nemo poteſt. Vide qđ ſupradixi i prin. huius legis, ⁊ Bar. in d. l. nemo poteſt.

LEX III.

1 ☞ Vſucapio large ſumendo cadit etiam in re immobili, ſtricte in mobili, ⁊ in immobili preſcriptio.
2 Directum dominium queritur per vſucapionem, vtile per preſcriptionem.

Statutum